

## Distinctio XXVII

### Pars Secunda

<Expositio textus>

“Hic non est praetermittendum”, etc. Postquam Magister determinavit de proprietatibus personalibus, prout exprimuntur per ‘generare’ et<sup>1</sup> ‘generari’, et similibus, hic determinat de eisdem prout exprimuntur per ‘Verbum’ et ‘Imaginem’. Et circa hoc duo facit. Primo enim<sup>2</sup> ostendit quod ista nomina relative dicuntur, et quod proprietates denotant personarum; secundo vero quandam regulam utilem elicit /Pa 181va/ ex predictis.

Secunda ibi: “Et est /Br 281vb/ hic<sup>3</sup> advertenda.” Dicit itaque primo quod ‘Genitor’, ‘Genitus’, ‘Verbum’, ‘Imago’ dicuntur relative, et sunt nomina personarum. Et probat primo de Genitore et Genito auctoritate Augustini, de Verbo vero et Imagine per sex auctoritates eiusdem quae patent in littera, ex quibus concludit Magister intentum, addens quod eadem proprietate seu notione<sup>4</sup> persona media in divinis dicitur Verbum, et Filius, et Genitus, et Imago.

Postmodum ibi: “Et est hic advertenda”. Elicit quandam regulam generalem, et tria facit. Primo enim ponit illam, et ait quod pro<sup>5</sup> regula generali tenendum est, quicquid<sup>6</sup> de Patre et Filio ad se dicitur, non dici de uno sine altero, sed de ambobus simul, et amborum substantiam demonstrare, sicut patet quod nec Pater est Deus sine Filio, nec Filius sine Patre, sed ambo sunt unus Deus, non sunt autem unus Pater, vel Verbum, vel Filius, vel Imago.

Secundo ibi<sup>7</sup>: “Hic quaeritur”. Movet circa istam /X 617b/ regulam quaestionem quandam, videlicet cum dicitur ‘Deus de Deo’, ‘lumen de lumine’, et huiusmodi, quomodo illa nomina teneantur. Quia si relative, falsa est regula, quoniam ambo sunt unum lumen; si vero substantialiter, etiam regula fallit, quia simul ambo<sup>8</sup> Pater et Filius dici non possunt ‘Deus de Deo’, ‘lumen de lumine’. Et respondet Magister quod licet ‘Deus’, ‘lumen’, et ‘sapientia’, et similia semper significant substantiam, nihilominus, ratione alicuius adjuncti, accipi possunt pro relativis, ut cum dicitur ‘Deus genuit Deum’, habitudo enim accusativi, super quem transit ‘genuit’, et habitudo nominativi, de quo enunciatur, denotant quod ‘Deus’ pro una persona teneatur, et ‘Deum’<sup>9</sup> pro alia. Similiter etiam, cum dicitur ‘Deus de Deo’, praepositio<sup>10</sup> ‘de’, quae denotat originem passivam, determinat Deum ad standum pro relativo. Et idem intelligendum est cum dicitur ‘Deus natus’, vel ‘mortuus’, vel ‘passus’, stat enim ibi<sup>11</sup> ‘Deus’ non pro essentia, sed pro Filii persona.

Tertio ibi: “Et est sciendum”. Ponit quoddam notabile circa predicta, dicens quod advertendum est quod secundum<sup>12</sup> nomina substantiae una persona dicitur illud de illo, utpote ‘Deus de Deo’, ‘lumen de lumine’. Et licet ibi illa nomina teneantur pro relativis, non tamen sub illis relativis nominibus dici potest ‘illud de illo’; /Vb 298vb/ unde non dicimus ‘Verbum de Verbo’, vel ‘Filium de Filio’, et ratio huius est quia non est in divinis nisi unus Filius et unicum Verbum. Haec est sententia.

**Utrum verbum creatum et increatum emanet<sup>13</sup> ut intellectio actualis, vel sicut obiectum positum in esse formato.** Et quia Magister hic agit de verbo et imagine, ideo inquirendum

<sup>1</sup> et om. Pa Vn

<sup>2</sup> enim om. Pa

<sup>3</sup> hic om. Br Pa Vb Vn

<sup>4</sup> notione] natione Br Pa Vn

<sup>5</sup> pro om. Br

<sup>6</sup> quicquid] est add. Vn

<sup>7</sup> ibi om. Bo

<sup>8</sup> simul ambo] simulando Pa

<sup>9</sup> et Deum iter. Pa

<sup>10</sup> praepositio] propositio Vn

<sup>11</sup> ibi om. Br Pa Vb Vn

<sup>12</sup> secundum] sub Vn

<sup>13</sup> emanet] emanat Br

occurrit utrum verbum creatum et increatum emanet<sup>14</sup> ut intellectio actualis vel<sup>15</sup> sicut obiectum  
40 positum in esse formato.

**Quod verbum sit quiditas rei quae intelligitur.** Et videtur quod verbum nec sit intellectio nec res posita in esse obiectivo et formato, sed quiditas rei, ut potens actu<sup>16</sup> movere possibilem intellectum. In materia namque de verbo maxime credendum est Augustino, qui rationem verbi 45 magis diligenter investigavit. Sed Augustinus dicit<sup>17</sup> IX *De trinitate*, cap. 10, quod “definitio quid est temporantia, et hoc est verbum eius”; et cap. 11 subdit quod “cum mens se ipsam novit eadem notitia quae par omnino et aequalis atque<sup>18</sup> idemptidem est ei, quia nec inferioris essentiae verbum /Br 282ra/ est eius”; et XV *De trinitate*, cap. 11, ait quod “verbum foris sonans signum est verbi quod intus lucet.” Manifestum est autem<sup>19</sup> quod quiditas rei importatur 50 per definitionem, et ipsa sola est aequalis et itidem cum eo cuius est quiditas, et ipsa sola<sup>20</sup> significatur per nomen. Ergo videtur quod<sup>21</sup> verbum non sit aliud quam quiditas rei.

Praeterea, Richardus dicit, VI *De trinitate*, cap. 12, quod vox est verbi vehiculum, et quod verbum quod ore profers, prius per cogitationem in corde habes, et quod idem verbum incipit /X 55 618a/ esse in corde auditoris, quod prius erat in corde doctoris. Sed ista salvari non possunt nisi de quiditate quae movet intellectum. Ergo id quod prius.

**Quod verbum sit forma specularis /Vn 174rb/ vel idolum reale in quo intellectus rem aspicit obiective, quae appellatur mentis conceptus. /Bo 192ra/** Ulterius videtur quod verbum sit quoddam idolum speculare fabricatum ab intellectu, in quo speculetur rem positam 60 extra mentem. Sicut enim se habet operatio transiens extra<sup>22</sup> ad obiectum extra existens, sic operatio non transiens ad obiectum intra<sup>23</sup> manens. Sed omnis operatio transiens<sup>24</sup> extra inducit aliquem realem terminum circa obiectum extra. Ergo operatio immanens (qualis est intellectio<sup>25</sup>) producit aliquem formalem terminum et realem manentem intra, in quo speculetur obiectum.

65 Praeterea, omnis realis intuitus videtur ad reale aliquid terminari<sup>26</sup>, sicut patet quod visio existens in oculo terminatur ad obiectum, parietem, vel colorem. Sed actus intellectus est quidam intuitus realis, nec terminatur ad res extra, quia non transit extra. Ergo necesse est quod habeat intra se formam aliquam specularem ad quam terminetur.

Praeterea, nulla potentia operatur circa obiectum absens, alioquin operaretur in nihil et circa 70 nihil. Sed intellectiva potentia intelligit res quae per<sup>27</sup> essentiam sunt absentes. Ergo necesse est quod sint intranee sibi, praesentes per formam aliquam specularem seu idolum in quo<sup>28</sup> conspiciantur.

Praeterea, omnis actio habet ad aliquid terminari, alioquin erit infinita et interminata. Sed /Vb 299ra/ intellectio est quaedam actio immanens et realis, habet igitur intra se terminum 75 realem. Constat autem quod obiectum non est realiter<sup>29</sup> in intellectu. Ergo erit ibi per suum idolum vel formam specularem, in qua relucebit.

<sup>14</sup> emanet] emanat Br

<sup>15</sup> vel om. Pa

<sup>16</sup> actu om. Br

<sup>17</sup> dicit om. Vn

<sup>18</sup> atque] actu Br Vn

<sup>19</sup> autem om. Br; Manifestum est autem] consequens est Vn

<sup>20</sup> sola om. Br

<sup>21</sup> videtur quod om. Pa

<sup>22</sup> extra om. Br; transiens extra] manens intra Pa Vb Vn

<sup>23</sup> intra del. Br

<sup>24</sup> ad obiectum intra . . . transiens om. Vn

<sup>25</sup> intellectio] intelligere Bo

<sup>26</sup> terminari] determinari Pa

<sup>27</sup> potentia intelligit res quae per] potentia quae intelligit res per Pa

<sup>28</sup> quo] qua Br

<sup>29</sup> realiter] realem Bo Pa

**Quod actus intellectus sit verbum, ita quod perfectus actus sit verbum perfectum<sup>30</sup>, et imperfectus imperfectum.** Ulterius videtur quod verbum non sit aliud quam actus sive<sup>31</sup> intellectio actualis, ita quod omnis actus intellectus sit verbum. Illud enim maxime habet rationem verbi, quo, posito quod sit verbum, maxime salvat omnia verba Augustini. Sed verba sua maxime salvantur, si ponatur quod verbum est intellectio actualis sive actus intelligendi. Ait enim Augustinus, XV *De trinitate*, cap. 16, quod cogitatio nostra perveniens ad id quod scimus ac deinde formata verbum nostrum est; et cap. 12 dicit quod visio cogitationis, quae exoritur<sup>32</sup> de visione scientiae, est verbum nostrum, quod nullius linguae est /Pa 181vb/ et simillimum rei notae; et in sermone de nativitate beati Iohannis Baptiste dicit quod vox /Br 282rb/ est signum verbi, /X 618b/ verbum vero ipsa cogitatio; et in libro *De<sup>33</sup> cognitione verae vitae* dicit quod nihil aliud est Filius, vel Verbum Dei, quam cogitatio, vel ars, vel sapientia eius; et IX *De trinitate<sup>34</sup>*, cap. 8, dicit quod mens meminit sui, intelligit se<sup>35</sup>, et diligit se, et subdit quod si hoc cernimus, cernimus trinitatem. Et fere ubique videtur dicere quod notitia actualis sit verbum. Ergo hoc videtur tenendum.

Praeterea, Anselmus dicit, *Monologion* 33, quod mens rationalis, cum se cogitando intelligit, habet secum imaginem suam ex se natam, id est cogitationem sui, quae<sup>36</sup> verbum eius est; et cap. 48 dicit quod verbum rei est ipsa cogitatio ad eius similitudinem ex memoria formata. Damascenus etiam, lib. I, cap. 18, dicit quod verbum est naturalis intellectus motus, secundum quem movetur et intelligit et cogitat, vel ut lux eius, ens, et splendor; verbum rursus est quod non verbo profertur, sed in corde enunciatur. Sed hoc non possunt salvari, nisi ponatur quod verbum est<sup>37</sup> actus intelligendi. Igitur id quod prius.

Praeterea, illi competit nomen verbi, cui maxime convenient condicioneas quas Augustinus enumerat de verbo. Reperimus autem dictum de verbo quod est aliquid existens in mente nostra, non quidem sine actuali cogitatione; et quod nascitur de memoria sive de obiecto in scientia quae manet in memoria relucente; et quod est formata cogitatio ab ea re quam scimus. Sed manifestum est quod nihil nascitur de memoria, nec est in mente nostra formata cogitatio, et sic de aliis condicioneis, nisi actus intelligendi. Igitur illud est verbum.

105

**Quod non omnis intellectio verbum sit, sed illa perfecta quae habetur in fine inquisitionis.** Ulterius videtur quod non omnis intellectio sit verbum, quia non nisi illa quae perfecta est et habita<sup>38</sup> in fine inquisitionis<sup>39</sup>, dicit enim Augustinus, XV *De trinitate*, cap. 15, “possibilitatem cogitationis non posse veraciter dici verbum, quod enim<sup>40</sup> non dum habet formam, nec est simile<sup>41</sup> scientiae de<sup>42</sup> qua nascitur, non iam vocandum est verbum, sed quia potest esse verbum, quid enim est hoc formabile<sup>43</sup> nondumque /Vb 299rb/ formatum, quod hac atque illac volubili quadam motione, iactamus”; et subdit<sup>44</sup> quod “tunc est verum verbum, quando illud quod nos diximus volubili motione iactari ad id quod scimus pervenit, atque inde formatur.” Haec Augustinus. Sed manifestum est quod talis intellectio non habetur nisi in fine inquisitionis. Ergo illa habet proprie rationem verbi.

<sup>30</sup> verbum perfectum] verbi imperfectum (?) Vb

<sup>31</sup> sive] vel Bo

<sup>32</sup> exoritur] oritur Pa

<sup>33</sup> De om. Br

<sup>34</sup> De trinitate] ibidem Br

<sup>35</sup> se om. Bo

<sup>36</sup> quae] scilicet Bo

<sup>37</sup> ponatur quod verbum est] verbum ponatur Bo

<sup>38</sup> et habita] quae habita est Bo

<sup>39</sup> in fine inquisitionis om. Pa

<sup>40</sup> enim] est Vn

<sup>41</sup> simile] ille add. (?) Bo

<sup>42</sup> de] vere Vn

<sup>43</sup> formabile] formale Pa Bo

<sup>44</sup> subdit] tunc Pa

<sup>45</sup> nos om. Bo

Praeterea, de ratione verbi est quod sit notitia declarativa alterius notitiae praecedentis, et quod dignatur a memoria, et quod sit scientia de scientia et visio de visione, et<sup>46</sup> quod sit veritatis<sup>47</sup> comprehensiva. Sed ista non competit<sup>48</sup> intellectioni cuilibet, quia non illi simplici notitiae /Bo 192rb/ quam imprimunt res vel phantasmata virtute intellectus agentis, talis enim notitia non habet aliam intellectualem notitiam priorem se, cuius sit declarativa, nec nascitur de /X 619a/ scientia in memoria existente<sup>49</sup>, nec est veritatis comprehensiva, immo multum simplex est et obscura. Per oppositum autem, notitia quae habetur per conversionem intellectus<sup>50</sup> super illam priorem<sup>51</sup> notitiam, /Vn 174va/ ex illa inquirendo et discurrendo, ac venando definitive vel divisive vel syllogistice, ista inquam notitia est comprehensiva /Br 282va/ veritatis, et dignatur de memoria, quia de simplici notitia praecedente in memoria quasi scientia de scientia et visio de visione. Ergo illa habet proprie et perfecte rationem verbi.

**Quod verbum non sit aliud quam res concepta posita in prospectu et in<sup>52</sup> esse formato.** Sed in oppositum videtur quod non sit aliud verbum quam ipsam res quaecumque concepta prout ponitur in esse apparenti, conspicuo, et formato, et in prospectu obiective. Ait enim Augustinus, *De cognitione verae vitae*, responsione 19, quod “cum mens se ipsam cogitat, quasi aliam sibi similem generat, et sic summus Deus, cum se ipsum talem qualis est cogitavit, procul dubio similem sibi per omnia imaginem generavit, et ita rectissime Filius genitus nominatur”; et 22 dicit<sup>53</sup> quod “cum nos rem aliquam cogitamus, rei imaginem in cogitatione nostra formamus”; et 23 subdit quod “cum artifex domum facere cogitat, iam domus in ipsa arte vivit, quam postmodum manus aedificat.” Sed manifestum est quod haec dici non possunt nisi de ipsamet<sup>54</sup> re in intellectu obiective lucente. Ergo illa est vere<sup>55</sup> verbum.

Praeterea, Augustinus dicit Super Iohannem, homelia 18, quod, cum litteras scribimus, eas primo facit cor nostrum, deinde manus nostra easdem quidem facit, sed non similiter, nam cor intelligibiliter et manus visibiliter; ecce quomodo fiunt eadem dissimiliter. Dicit etiam, XIV *De trinitate*, cap. 6, quod mens in conspectu<sup>56</sup> suo se ponit, quando se cogitat, et quod se ipsam geminat, ut sit in se conspiciens, et ante se<sup>57</sup> conspicua, et illud vocat<sup>58</sup> verbum; et lib. XV, cap. 12, dicit<sup>59</sup> quod verbum lucet in cogitatione; et cap. 14 dicit quod verbum nostrum, quod non habet sonum nec cogitationem soni, sed eius rei quam intuendo intus dicimus simile est in aenigmate illi Verbo Dei. Sed manifestum est quod ista vera non essent nisi res ut conspicua et formata /Vb 299va/ ac posita intentionaliter in prospectu verbum esset. Igitur id quod prius.

**Responsio ad quaestionem.** Ad quaestionem istam respondendo hoc ordine procedetur. Primo namque discurretur per opiniones doctorum. Secundo vero ponetur veritas quae sit, iuxta hoc<sup>60</sup> quod plurumque superius dictum fuit, et movebuntur dubia circa eam. Tertio quoque videbitur<sup>61</sup> de quatuor quae assueta sunt dubitari, scilicet de Imagine, Verbo, et dicere, an dicantur<sup>62</sup> essentialiter vel personaliter in divinis<sup>63</sup>, et de Verbo, an respectum ad creaturas importet<sup>64</sup>. /X 619b/

<sup>46</sup> et iter. Br

<sup>47</sup> veritatis] veritas Br

<sup>48</sup> competit] conveniunt Br

<sup>49</sup> existente om. Bo

<sup>50</sup> intellectus] intellectu Br

<sup>51</sup> priorem om. Bo

<sup>52</sup> prospectu et in om. Bo

<sup>53</sup> dicit om. Br

<sup>54</sup> ipsamet] ipsa Vn

<sup>55</sup> est vere] non est Br

<sup>56</sup> conspectu] conceptu Bo Pa Vn

<sup>57</sup> se] etiam add. Pa

<sup>58</sup> vocat] vocatur Br

<sup>59</sup> dicit om. Pa

<sup>60</sup> hoc] om. Bo

<sup>61</sup> videbitur] circa Vn

<sup>62</sup> dicantur] dicuntur Br

<sup>63</sup> in divinis om. Vn

155

## Articulus Primus

**Opinio Durandi et quorumdam aliorum.** Circa primum ergo considerandum quod aliqui dicere voluerunt quod ratio Verbi nullo modo congruit proprio personae Filii in divinis, sed tantummodo appropriate, pro eo quod non procedit per modum intellectus, unde nec ut intellectio actualis emanat, nec secundum aliud modum pertinentem ad intellectum, sed per rationem nudae essentiae procedit tam Verbum quam Spiritus<sup>65</sup>, sic quod nihil minus esset utriusque productio in divinis, /Pa 182ra/ si<sup>66</sup> per impossibile tolleretur<sup>67</sup> ratio intellectus et voluntatis. Verbum igitur apud istos<sup>68</sup> non est aliud quam essentia cum proprietate filiationis, appropriatur autem sibi nomen Verbi, pro eo quod emanat ab uno principio /Br 282vb/ tantum; nomen vero Amoris appropriatur Spiritui Sancto, quia procedit a duobus.

165 Sed haec opinio ostensa fuit impossibilis et absurda, d. 9, q. 1, in secunda propositione primi articuli. Cuius impossibilitas potest etiam apparere ex hoc quod Augustinus et omnes sancti venantur rationem Verbi in divinis per similitudinem alicuius reperti in mente nostra ad notitiam pertinentis. Unde XV *De trinitate*, cap. 14, dicit quod verbum nostrum utrumque simile est Verbo Dei; et cap. 10 dicit quod qui potest intelligere verbum nostrum, non solum antequam sonet, verum etiam antequam sonorum imagines cogitatione voluantur, intelligere potest, et iam videre per hoc speculum aliquam Verbi illius similitudinem de quo dictum est: “in principio erat Verbum”; et in fine totius libri dicit quod “nemo vult nescire non esse quandam nativitatis et<sup>69</sup> processionis imaginem in mente nostra.” Similiter etiam commendatur Iohannes quod proprio expressit personam Filii vocando ipsum Verbum. Sed haec omnia tolluntur, si Filius in divinis non emanet sicut intellectio actualis vel sicut obiectum positum in esse prospecto, vel secundum aliquem modum pertinentem ad intellectum. Ergo illud poni non potest.

Praeterea, aequo proprio Filius<sup>70</sup> dicitur Verbum et Imago, sicuti Filius immo eadem proprietate dicitur Verbum et Filius, sicut patet per Magistrum in littera, cui consonat Augustinus, V<sup>71</sup> /Bo 192va/ *De trinitate*, cap. 4, cum dicit quod eo Filius quo Verbum, et eo Verbum quo Filius. Sed propriissime dicitur<sup>72</sup> Filius. Dicitur ergo proprio Verbum. Non enim est quilibet<sup>73</sup> Filius, sed Filius mentalis natus de scientia Patris<sup>74</sup>, secundum Augustinum, XV *De trinitate*, in pluribus locis.

Praeterea, perfectum et imperfectum ad invicem assimilantur /Vb 299vb/ et conformantur. 185 Sed verbum nostrum et Verbum divinum habent<sup>75</sup> se sicut perfectum et deminutum, ut Augustinus dicit, XV *De trinitate*, cap. 15. Ergo similitudo est inter<sup>76</sup> verbum nostrum et divinum. Quare illud emanabit secundum aliquem modum pertinentem ad intellectum, sicut et verbum nostrum.

Praeterea, labor Augustini erit irrationalis qui libro *De trinitate* nititur investigare imaginem, primo quidem in sensu exteriori, deinde vero in sensu interiori et in imaginatione, deinde /X 620a/ autem<sup>77</sup> /Vn 174vb/ in intellectu circa creata et temporalia per habitum scientiae negotiante, deinde vero in eodem aeterna per sapientiam contemplante, et maxime dum anima intelligit et amat se ipsam; labor inquam eius erit inutilis, nisi in potentissimis cognitivis<sup>78</sup> inveniatur

---

<sup>64</sup> importet] importat Br

<sup>65</sup> Spiritus] Sanctus add. Vn

<sup>66</sup> si] sed Vn

<sup>67</sup> tolleretur] tolletur Bo

<sup>68</sup> istos] nos Pa

<sup>69</sup> nativitatis et om. Bo

<sup>70</sup> Filius om. Pa

<sup>71</sup> V] VI Br

<sup>72</sup> dicitur] dicit Bo

<sup>73</sup> quilibet] nullibus Br

<sup>74</sup> scientia Patris] substantiam paternam Br

<sup>75</sup> habent] habet Br

<sup>76</sup> inter iter. Bo

<sup>77</sup> deinde autem iter. Vn

<sup>78</sup> cognitivis] cognitis Pa Vn

similitudo, et modus aliquis illius Verbi divini, et maxime in intellectu aeterna contemplante.  
 195 Manifestum est autem quod iste est processus ipsius in toto libro *De trinitate*, sicut ipse recolligit lib. 14, cap. 7 et 8. Ergo nihil est dictu quin<sup>79</sup> Verbum divinum aliquo modo pertineat ad modum intellectivae<sup>80</sup> emanationis.

Praeterea, si ideo Filius dicitur Verbum quia emanat ab uno solo principio, et Spiritus quia emanat a duobus, pari ratione poterit dici ‘radius’, et aequa proprie sicut ‘Verbum’, et Spiritus 200 aequa proprie ‘calor’, quia radius emanat a sole<sup>81</sup> tamquam ab uno principio, calor vero oritur a duobus, quia a radio et a<sup>82</sup> sole<sup>83</sup>. Constat autem secundum sanctos quod non dicitur proprie /Br 283ra/ ‘Radius’, sed metaphorice; ‘Verbum’ autem dicitur proprie. Et iterum non est verum quod intellectio sit<sup>84</sup> ab uno solo principio, ut per hanc similitudinem Filius Dei dicatur Verbum, cum sit et a phantasmate et ab intellectu agente. Et adhuc Augustinus, cum multas 205 similitudines et dissimilitudines conetur assignare inter verbum nostrum et Verbum Dei, non reperitur super illas similitudines se fundasse, quia verbum nascitur ab uno principio et<sup>85</sup> amor a duobus, sed quammaxime quia nascitur de Patris scientia et<sup>86</sup> memoria tamquam simillimum sibi, sicut nascitur verbum nostrum. Et hoc patet XV *De trinitate* in<sup>87</sup> capitulis multis, et idem 210 etiam<sup>88</sup> appareat de Anselmo, *Monologion* 48 et 33 et in pluribus aliis, quoniam ipse per omnia sequitur Augustinum. Ergo nihil est dictu quod propter huiusmodi similitudinem dicatur Filius esse Verbum, et multa alia possent induci sicut supra, d. 14, visum est contra illos qui generationem et spirationem dicunt distingui metaphorice per hoc quod generatio sit ab uno, et spiratio a duobus.

215 **Opinio Petri de Alvernia.** Propterea dixerunt alii quod quiditas rei – non prout est in natura, sed prout virtute intellectus agentis facta in actu intelligibilis<sup>89</sup> movet possibilem intellectum – dicitur verbum; unde quiditas rei, universale, veritas, et verbum secundum istos idem sunt. Quod enim verbum quiditas sit appareat quoniam quiditas specifica secundum quod per intellectum agentem abstrahitur et fit in actu, formari dicitur de quiditate secundum quod existit 220 /Vb 300ra/ in<sup>90</sup> individuis intelligibilis in potentia<sup>91</sup>, et per consequens illam habet declarare; talis autem universalis est iuxta illud Commentatoris, intellectus facit universalitatem in rebus; talis etiam ‘veritas’<sup>92</sup> dici potest, nam per eam adaequatur intellectus rebus particularibus quae sunt extra. Haec autem opinio fulciri potest duabus rationibus superius arguendo primo loco inductis.

225 Quibus non obstantibus deficit in duobus. Primo quidem, quia non omne verbum est quiditas, potest enim verbum<sup>93</sup> formari non solum de universalibus, immo etiam de particularibus; /X 620b/ nec<sup>94</sup> solum de quiditate, immo de eo cuius est, quia phantasia Carthaginis dicitur verbum eius secundum Augustinum, VIII *De trinitate*, cap. 6; et beati in patria de Deo formabunt verbum, ut Augustinus innuit, XV *De trinitate*, cap. 16, ubi dicit<sup>95</sup> 230 quod tunc verbum nostrum non erit falsum, quia nec mentiemur nec fallemur; similiter de homine<sup>96</sup> particulari formatur verbum secundum Anselmum, *Monologion* 33, ubi dicit quod

<sup>79</sup> quin] quoniam Br

<sup>80</sup> intellectivae] intellectae Br

<sup>81</sup> sole] solo Pa

<sup>82</sup> a om. Bo

<sup>83</sup> sole] solo Vn

<sup>84</sup> sit] solum add. Bo

<sup>85</sup> principio et] solo Bo

<sup>86</sup> et] a Vn

<sup>87</sup> in om. Br

<sup>88</sup> etiam om. Bo

<sup>89</sup> intelligibilis om. Pa

<sup>90</sup> in om. Vn

<sup>91</sup> in potentia om. Vn

<sup>92</sup> etiam veritas] autem Pa

<sup>93</sup> verbum om. Bo

<sup>94</sup> nec] non Bo

<sup>95</sup> ubi dicit om. Pa

<sup>96</sup> homine] omni Bo

ubi<sup>97</sup> cogito hominem absentem mihi notum, imago eius in cogitatione verbum est eiusdem<sup>98</sup> hominis, quem cogitando dico<sup>99</sup>; et universaliter dicit Augustinus quod loquimur et dicimus omne quod cogitamus. Et per consequens de omni quod intelligitur, formatur<sup>100</sup> verbum. Sed 235 constat quod non<sup>101</sup> omne tale est quiditas seu universale. Ergo non omne verbum est quiditas.

Secundo vero<sup>102</sup> deficit in hoc quod rationem quiditatis et verbi dicit esse /Pa 182rb/ eandem. Constat enim quod verbum est ens per accidens, et procedit a mente, et manet in ea; hoc autem non competit quiditati, cum praedicetur vere de singularibus. Igitur ipsa non est verbum. /Br 283rb/

240 Est tamen sciendum quod si huiusmodi positores intellexissent per ‘quiditatem’ rem particularem habentem esse conspicuum et formatum, ac prospectum in intellectu, quod quidem non esset nisi ipsam res posita in quodam esse intentionali<sup>103</sup>, vera fuisset eorum opinio. Sed dicendo quod tale quid non est nisi sola quiditas et solum universale et motivum intellectus deviaverunt a vero.

245 **Opinio Thomae, Hervei, Bernardi. /Bo 192vb/** Et ideo dixerunt alii quod verbum est mentis conceptus, qui provenit in intellectu et formatur de re quae intelligitur, qui etiam potest specularis forma seu idolum nominari, secundum quosdam eorum subiective existens in phantasmate, secundum alios in intellectu in quo mens obiectum quasi speculariter 250 contemplatur. Et potest fulciri ista opinio quatuor rationibus superius arguendo secundo loco inductis. Quibus non obstantibus, impossibilis est et absurdum propter rationes septem superius contra eam<sup>104</sup> inductas, d. 9, q. 1, art. 1, propositione tertia, ubi ista imaginatio impugnatur.

255 **Opinio Scoti.** Quapropter dixerunt alii quod verbum non est aliud quam intellectio passive producta. Intellectio enim apud eos est operatio de genere qualitatis, sicut lucere vel calere; dictio vero sive locutio est productio intellectionis /Vn 175ra/ istius<sup>105</sup> a fecunda memoria, quae non est aliud quam<sup>106</sup> intellectus ut activus et dictivus<sup>107</sup>, habens secum praesens obiectum intelligibile per speciem vel per se ipsum; verbum vero est ipsa intellectio ut producta a memoria sive dicta, et sic est ens per accidens congregatum ex intellectione et passiva 260 locutione. Haec autem positio<sup>108</sup> fulciri potest rationibus tribus /Vb 300rb/ superius arguendo tertio loco inductis.

Quibus non obstantibus, impossibile<sup>109</sup> est maxime /X 621a/ in divinis, propter<sup>110</sup> quatuor rationes contra eam inductas d. 9, q. 1, art. 2 et propositione prima; et propter rationes quinque d. 10 positas, in 2 art. et tertia propositione, ubi evidenter ostenditur quod Spiritus Sanctus non 265 potest emanare ut amor, et per idem potest concludi quod nec Filius ut intellectio actualis, alioquin Filius per prius esset intellectio quam Deus, et directius esset beatus quam Pater, et quod eo esset beatus quo Verbum, et quod duplice ratione esset beatus<sup>111</sup> et intelligens, et quod aliqua<sup>112</sup> perfectio simpliciter duplicaretur in divinis (esset enim ibi intellectio producta et intellectio improducta), et multa alia quae deducuntur ibidem.

<sup>97</sup> dicit quod ubi *om.* Pa

<sup>98</sup> eiusdem] eius Pa

<sup>99</sup> dico *om.* Vn

<sup>100</sup> forma] formaliter Pa

<sup>101</sup> non *om.* Pa

<sup>102</sup> vero *om.* Pa

<sup>103</sup> intentionali] intentionale Br

<sup>104</sup> eam] eas Bo

<sup>105</sup> istius *om.* Br

<sup>106</sup> quam] quod Br

<sup>107</sup> activus et dictivus] accipimus et dicimus Br

<sup>108</sup> positio] opinio Vn

<sup>109</sup> impossibile] impossibilis Br

<sup>110</sup> propter] per Bo

<sup>111</sup> beatus] Deus Bo

<sup>112</sup> aliqua] alia Pa

270 Sed forte dicetur quod licet<sup>113</sup> in nobis verbum sit intellectio actualis producta, non tamen in divinis Verbum emanat ut intellectio actualis<sup>114</sup>, et quod isti non ita intelleixerunt. Hoc tamen dici non potest, tum quia ipsi dixerunt expresse<sup>115</sup> quod Verbum in divinis gignitur de<sup>116</sup> memoria Patris<sup>117</sup> ut notitia subsistens, et Spiritus Sanctus sicut amor subsistens; tum quia verbum nostrum est simile Verbo divino, et imitatur ipsum sicut imago illud<sup>118</sup> cuius imago est; 275 tum quia aequivoce diceretur ‘verbum’ et secundum aliam rationem omnino, nec essent similia, contra intentionem Augustini, nec procederetur a verbo nostro ad probandum /Br 283va/ Verbum divinum via efficaci et congrua; tum quia si non emanat ut intellectio, oportebit quod producatur ut obiectum, vel ut species quae sit ratio cognoscendi, vel ut<sup>119</sup> aliquid aliud ad intellectum pertinens, quod isti non posuerunt.

280 Amplius autem dicetur forsitan, concesso quod Filius emanet<sup>120</sup> ut intellectio actualis, quod non erit intelligens aut<sup>121</sup> beatus eo quo Verbum vel ex proprietate personali, nec multiplicabitur in eo perfectio simpliciter, nec erit directius beatus quam Pater, vel per prius intellectio quam Deus, et cetera inconvenientia dicta. Est enim considerandum quod formale in verbo est passiva locutio, materiale vero est intellectio, cum sit quoddam per accidens congregatum; et secundum 285 hoc verbum ex suo formali non est intellectio, et ob hoc Filius in divinis non est intelligens eo quo Verbum, nec per consequens ex sua proprietate personali beatus, et ita praedicta<sup>122</sup> inconvenientia non sequuntur.

Quod si sic diceretur, non valet, nec evaduntur<sup>123</sup> rationes praedictae. Quaerendum est enim ab istis, utrum verbum utrumque exigat, productionem passivam videlicet et intellectuionem, 290 ut<sup>124</sup> non productio cuiuscumque sit verbum, sed intellectuionis productio. Et dicat verbum ex sua ratione<sup>125</sup> non solum productionem, sed utrumque, scilicet<sup>126</sup> intellectuionem productam (sicut ‘simus’<sup>127</sup> non dicit solam cavitatem aut<sup>128</sup> solum concavum, sed nasum cavum), vel de ratione verbi sit tantummodo<sup>129</sup> productio passiva. Non potest autem dari secundum, quia tunc 295 omne productum esset verbum, si enim formalis ratio verbi sit solum produci, cuicunque competit produci illud erit verbum; et sic Spiritus Sanctus, qui vere productus est, erit verbum, et in creaturis calor<sup>130</sup> productus erit verbum, et in intellectu species ab intellectu agente et phantasmate producta aequa verbum erit sicut<sup>131</sup> intellectio producta a memoria, /X 621b/ cuius oppositum ipsi dicunt. Si vero /Vb 300va/ primum ponatur, habetur propositum: quia de ratione verbi est quod sit intellectio producta, et sic Filius in divinis ea ratione qua Verbum est infinita 300 intellectio et beatitudo formalis, et sequuntur omnia quae superius sunt inducta<sup>132</sup>.

Rursum forte dicetur<sup>133</sup> quod non quodcumque produci<sup>134</sup> verbum est, sed produci a tali agente, videlicet a fecunda memoria, cuius actus est dicere. Et idcirco Filius dicitur Verbum non

<sup>113</sup> quod licet] quodlibet Bo

<sup>114</sup> non tamen . . . actualis om. Vn

<sup>115</sup> expresse om. Bo

<sup>116</sup> de] a Bo

<sup>117</sup> Patris] presens Vn

<sup>118</sup> illud] et Bo

<sup>119</sup> ut] ad add. Pa

<sup>120</sup> emanet] emanat Bo

<sup>121</sup> aut] ac Bo

<sup>122</sup> praedicta om. Pa

<sup>123</sup> evaduntur] evadunt Pa

<sup>124</sup> ut] nec Vn

<sup>125</sup> ratione] productione Bo; ] ? Pa

<sup>126</sup> scilicet] si Pa

<sup>127</sup> simus] asinus Vn

<sup>128</sup> cavitatem aut] concavitatem ac Bo

<sup>129</sup> tantummodo a.c. in modo Br

<sup>130</sup> sic Spiritus . . . calor om. Pa

<sup>131</sup> sicut] sic Pa

<sup>132</sup> inducta om. Vb

<sup>133</sup> dicetur om. Pa

<sup>134</sup> produci] producti Pa

quia productus ut<sup>135</sup> intellectio, sed quia productus passiva quadam productione ab omni alia differente, quae appellatur ‘dici’ et quae correspondet productioni activae memoriae, cuius actus ‘dicere’ appellatur. Sed nec evasio ista procedit – quin potius propositum confirmat. Actus enim memoriae, secundum sic ponentes, non est quodcumque producibile producere, sed tantum notitiam adaequatam. Unde actio memoriae ex hoc habet quod appelleatur ‘dicere’, quia exprimit intellectionem in actu, quae memoriae<sup>136</sup> coaequatur, ex /Pa 182va/ quo patet quod si tollitur intellectio, iam non dicetur productum a memoria, nec actio talis producentis poterit ‘activa dictio’ appellari.

Et confirmatur, quia actio et passio secundum suum formale vel non distinguuntur ex formis productis (ita quod productio /Br 283vb/ eiusdem rationis est<sup>137</sup>, sive producatur calor sive lux sive albedo, sicut concavitas in ligno et<sup>138</sup> in aere eiusdem rationis est), et secundum hoc productio memoriae, sublato quod intellectio non producatur per eam, /Bo 193ra/ non habebit unde ‘dictio’ appelleatur; vel ex formis productiones<sup>139</sup> contrahuntur et<sup>140</sup> distinguuntur (sicut cavitas habet<sup>141</sup> a naso, ut ‘simitas’ dicatur), et sic etiam propositum habetur quod passiva productio intellectionis ex hoc dicitur ‘verbatio’ sive ‘locutio’ quod est productio intellectionis. Et ita patet quod rationes praedictae<sup>142</sup> nullatenus evaduntur.

**Opinio Henrici. /Vn 175rb/** Quocirca dixerunt alii quod in intellectu nostro est duplex notitia. Prima quidem confusa et simplex, quam recipit<sup>143</sup> ab obiecto respectu cuius se habet tantummodo passive<sup>144</sup>. Secunda<sup>145</sup> vero est clara et efficax quam habet ex conversione super primam notitiam, et in hac habet se intellectus active in quantum ex primis notitiis a rebus impressis<sup>146</sup>, quae simplices sunt et confusae, quasi negotiando intellectus per discursum syllogisticum, et definiendo ac<sup>147</sup> dividendo, et terminos explicando, pervenit<sup>148</sup> ad claram notitiam rei illius quam prius noverat quasi debiliter et obscure. Haec ergo<sup>149</sup> secunda notitia ‘verbum’ dicitur, et quasi dici et exprimi per intellectum, unde est declarativa prioris notitiae. Et sic emanat Filius in divinis ut notitia declarativa<sup>150</sup> illius quae latet per modum notitiae simplicis in memoria paterna. Haec autem opinio fulciri potest rationibus duabus superius arguendo quarto loco inductis.

Quibus non obstantibus impossibilis est in multis. Primo quidem quod Verbum in divinis dicit emanare ut actualem notitiam qualemcumque, quia probatum est<sup>151</sup> contra opinionem praecedentem immediate quod nullo modo emanat /X 622a/ Filius ut intellectio<sup>152</sup>, quin sequantur impossibilia multa.

Secundo vero, quod ait notitiam paternam quasi simplicem et obscuram esse respectu declarativae notitiae quam ponit Verbum, secundum hoc enim perfectius intelligeret Filius quam Pater.

Tertio quoque in eo quod dicit /Vb 300vb/ verbum gigni per conversionem intellectus negotiantis atque venantis, haec enim non habent locum in Deo, sed nec etiam in nobis, quia

<sup>135</sup> ut iter. Bo

<sup>136</sup> ex hoc habet . . . memoriae om. Pa

<sup>137</sup> est] et Vn

<sup>138</sup> et om. Br

<sup>139</sup> productiones om. Br

<sup>140</sup> contrahuntur et om. Bo

<sup>141</sup> cavitas habet om. Vn

<sup>142</sup> praedictae] productae Bo

<sup>143</sup> recipit] recipitur Pa

<sup>144</sup> passive] passiva Bo

<sup>145</sup> Secunda] Secundo Br

<sup>146</sup> impressis] expressis Bo

<sup>147</sup> ac] et Pa

<sup>148</sup> pervenit] devenit Bo

<sup>149</sup> ergo] autem Pa

<sup>150</sup> prioris notitiae . . . declarativa om. Bo

<sup>151</sup> est om. Pa

<sup>152</sup> ut intellectio om. Bo

340 talis conversio actus reflexus est, et per consequens non habet gignere verbum magis quam aliae intellectiones directae quae sunt perfectiores.

Quarto vero, quia dicit notitiam claram et distinctam tantummodo dici verbum, certum est enim quod in omni notitia gignitur verbum, vel perfectum vel imperfectum<sup>153</sup>: in obscura<sup>154</sup> quidem verbum obscurum, et in confusa confusum<sup>155</sup>, in clara vero et distincta, distinctum et clarum, sicut Augustinus dicit V *De trinitate*, cap. 15<sup>156</sup>: “concedamus inquit<sup>157</sup> (ne de<sup>158</sup> controversia vocabuli laborare videamur<sup>159</sup>) vocandum esse<sup>160</sup> verbum etiam prius quam formatum sit, quia iam, ut ita dicam formabile<sup>161</sup> est.” Unde quod concipitur realiter, dicitur foetus, aliquando tamen non perficitur, sicut patet in abortivis; et eodem modo de verbo et conceptu mentali: sunt enim aliqui conceptus imperfecti et quasi abortivi, omnes<sup>162</sup> tamen 350 possunt dici conceptus et verbum.

Et si dicatur quod Augustinus, IX *De trinitate*, cap. 10, dicit quod non omnia quae quodam modo mentem tangunt, verba dicuntur, dicendum quod ipse subdit non omnia dici verbum perfectum, quod nihil aliud est quam cum<sup>163</sup> amore notitia. Unde ea quae /Br 284ra/ displicant non proprie dicuntur dici, sicut probat per dictum Apostoli, qui ait quod nemo dicit dominus 355 Iesus nisi in Spiritu Sancto; apparet enim quod secundum aliam verbi rationem loquuntur tales qui dicunt “dominum Iesum in Spiritu Sancto” quam illi de quibus dominus ipse ait: “Non omnis qui dicit mihi, ‘domine, domine’, intrabit in<sup>164</sup> regnum caelorum.” Sic ergo modus iste stare non potest.

Et in hoc primus articulus terminetur.

360

## Articulus Secundus

**Quid dicendum secundum veritatem, et primo quod in actu intellectus emanat ipsa res<sup>165</sup> cognita, et<sup>166</sup> ponitur in quodam esse obiectivo.** Circa secundum vero considerandum est<sup>167</sup> quod huius quaesiti veritas ex propositione triplici poterit apparere.

365 Prima quidem quod in omni intellectione emanat et procedit, non aliquid aliud, sed ipsamet res cognita in quodam esse obiectivo, secundum quod habet terminare intuitum intellectus. Hoc autem efficaciter declaratum est superius multis viis, nam octo experientiis, et rationibus multis sumptis a priori et a<sup>168</sup> posteriori, d. 3, in quaestione de imagine, art. primo et tertio; et declaratum est etiam auctoritatibus multis Augustini, Anselmi<sup>169</sup>, Philosophi, et Commentatoris, 370 d. 9, q. prima, prima propositione affirmativa in art. primo. Cui videntur nihilominus plurima<sup>170</sup> obviare, ait enim Philosophus, /X 622b/ IX *Metaphysicae*, et Commentator, ibidem, com. 16, quod ita est actio vel operatio intelligere et videre, sicut et<sup>171</sup> vivere. Sed manifestum est quod per vivere nihil producitur, nec reale nec intentionale. Ergo nec per videre aut intelligere aliquid<sup>172</sup> producetur<sup>173</sup>. Et confirmatur, quia nec<sup>174</sup> per lucere aut albere aliquid producitur; tale 375 autem est intelligere et videre.

<sup>153</sup> vel imperfectum *om.* Vn

<sup>154</sup> obscura] obscurum Br

<sup>155</sup> confusum *om.* Pa

<sup>156</sup> 15] 16 Br

<sup>157</sup> inquit] igitur Vb

<sup>158</sup> de] dum Br

<sup>159</sup> videamur] videamus Bo Br Pa Vb Vn; cf. XV *De trin.* 15, 25 (CCSL 50a, p. 499.70-74)

<sup>160</sup> esse] est Bo

<sup>161</sup> formabile] formale Pa

<sup>162</sup> omnes] ac Vb

<sup>163</sup> cum *om.* Pa

<sup>164</sup> in *om.* Br Vn

<sup>165</sup> res *om.* Pa

<sup>166</sup> et *om.* Vn

<sup>167</sup> est *om.* Bo Pa

<sup>168</sup> a *om.* Pa

<sup>169</sup> Anselmi *om.* Bo

<sup>170</sup> plurima] plura Bo Br

<sup>171</sup> et] est Bo Br Pa Vn

<sup>172</sup> aliquid *om.* Br

Praeterea, per actionem immanentem, cuius finis est agere et non actum, non producitur aliquid, nec reale nec intentionale. Dicit enim Commentator, ubi supra, quod omnia quae non habent actum, sed finis eorum est actio, actiones eorum existunt in eis, ut<sup>175</sup> videre in visu, et vita in anima. Et haec est intentio Philosophi, I *Ethicorum* et IX *Metaphysicae*; est etiam intentio Augustini, II *De doctrina christiana*; et Commentatoris, II /Vb 301ra/ *Caeli et mundi*, com. 17<sup>176</sup>, ubi<sup>177</sup> dicit /Bo 193rb/ quod fines aliquando sunt actiones tantum, et<sup>178</sup> aliquando actiones in passivis. Unde colligitur quod actiones immanentes quae non transeunt, sed sunt fines, nullo modo sunt productivae alicuius realis aut intentionalis, aliter enim haberent acta et producta quae essent vere fines, et tunc actiones non essent fines<sup>179</sup>. Sed manifestum est ex I et X *Ethicorum* quod intelligere est actio immanens, et habet rationem ultimi finis aliqua intellectio, et nullo modo transit, multo minus etiam quam videre. Ergo impossibile est quod ex ea<sup>180</sup> proveniat productum /Pa 182vb/ aliquod reale vel intentionale.

Praeterea, ex operatione illa quae vere et realiter est passio, quamvis secundum vocem significetur<sup>181</sup> ut actio, non potest productum aliquod emanare, alioquin non esset tantum actio secundum vocem, sed<sup>182</sup> produceretur aliquid inde<sup>183</sup>. Sed intelligere et sentire, /Vn 175va/ videre et similia sunt passiones realiter, et solum secundum vocabulum actiones, sicut Commentator dicit<sup>184</sup>, II *De anima*, com. 141; ait enim quod videre<sup>185</sup> est passio visus, licet sit in figura nominis agentis. Ergo impossibile est quod aliquid<sup>186</sup> reale vel intentionale emanet per intelligere<sup>187</sup> vel sentire. /Br 284rb/

Praeterea, illud quod non capit nisi solum denominari ab aliquo, non dicitur produci ab illo, alioquin Caesar, qui denominatur a<sup>188</sup> pictura, produceretur ab ea. Sed res cognita non capit ab intelligere aut videre nisi quod solum denominatur intellecta vel visa. Igitur non dicitur emanare aliquid per intellectionem aut visionem.

Praeterea, non minus unitur intellectio suo obiecto quam visio ocularis. Sed re existente praesente, visio immediate terminatur ad rem, nec experimur inter visionem et rem visam existentem exterius aliquid tamquam medium emanare. Ergo saltem<sup>189</sup> sic erit respectu eorum quae praesentia sunt intellectui. Unde species in phantasmate tenebit vicem absentis obiecti, et habitus et actus qui sunt in intellectu, et similiter Deus in patria immediate intelligeretur<sup>190</sup> absque hoc quod aliquid per modum medii producatur<sup>191</sup>.

Praeterea, aut res posita in tali esse est<sup>192</sup> extra nichil aut est penitus nihil. Sed non potest dari primum, quia tunc intelligere et sentire essent operationes reale aliquid producentes, et rediret opinio superius reprobata de forma speculari et idolo. Nec potest poni secundum quod remaneat infra nihil, quia quod nihil est produci non /X 623a/ potest – immo nihil producere et non producere aequipollent. Ergo dici non potest quod per intelligere aliquid producatur. Et si

<sup>173</sup> producetur] producitur (?) Bo

<sup>174</sup> nec om. Pa

<sup>175</sup> ut om. Pa

<sup>176</sup> com. 17 om. Pa

<sup>177</sup> ubi] ibi Br

<sup>178</sup> et om. Bo

<sup>179</sup> fines om. Vn

<sup>180</sup> ea] aliqua Bo

<sup>181</sup> significetur ] significet Vn

<sup>182</sup> sed] si Bo Vn

<sup>183</sup> inde] videtur Pa

<sup>184</sup> dicit] ait Br

<sup>185</sup> videre] et add. Vn

<sup>186</sup> aliquid] aliquod Br

<sup>187</sup> intelligere] intellectum Pa

<sup>188</sup> a] in Br

<sup>189</sup> saltem om. Bo

<sup>190</sup> intelligeretur] intelligitur Bo; ] intelligetur Br; ] intelliguntur Pa; ] intelligentur Vn

<sup>191</sup> producatur] producitur Bo

<sup>192</sup> est om. Vn

410 dicatur quod erit nihil realiter, aliquid tamen intentionaliter, non valet, quia tunc dabitur duplex nihil, unum reale et aliud intentionale<sup>193</sup>, quod omnino dici non potest.

Praeterea, si per actum intellectus procedit aliquid in esse intentionalis, aut hoc fit<sup>194</sup> virtute intellectivae potentiae, aut virtute intellectionis actualis quae accidens est, aut virtute utriusque coniuncti. Sed non potest dari primum, quia potentia denudata est quantum est ex se ab omni similitudine cuiuslibet rei, cum nihil sit actu eorum quae sunt ante intelligere, ut Philosophus dicit in<sup>195</sup> III *De anima*; et iterum intellectus possibilis est pura potentia passiva, et per consequens per eam nihil habet produci. Non potest etiam dari secundum, /Vb 301rb/ quia talis actus accidens est, nec est vitale quid, et per consequens nihil potest per ipsum produci<sup>196</sup> in esse cognito, praesertim quia si poneretur, sequeretur quod separato eo ab intellectu per divinam potentiam, eodem<sup>197</sup> modo ponerentur obiecta in esse cognito, et sic talis actus intelligeret vere, et posset esse beatus. Non potest autem dari tertium per regulam auctoris *Sex principiorum*, dicentis quod si neutrum componentium est causa susceptionis<sup>198</sup> magis et minus, aut alicuius alterius, quod nec coniunctum causa erit illius, et iterum quia simplex productum cuiusmodi ponitur illud emanans virtute intellectus non potest esse a duplice producente. Ergo impossibile est quod in actu intellectionis res ipsa obiective emanet<sup>199</sup>.

Praeterea, si in actu intellectus res ponitur obiective produci, hoc erit ad hoc quod terminet<sup>200</sup> aspectum et intuitum et transitum intellectus. Videtur enim intellectio terminari ad rem<sup>201</sup>, et intuitus et aspectus aspicere rem ipsam, et transire super eam quasi super obiectum praesens, quod videntur significare verba illa quibus dicimus “intelligo rosam”, vel “aspicio” et “intueor” eam. Sed manifestum est quod propter ista non exigitur ut res ipsa ponatur intentionaliter emanare, tum quia nec talis intuitus, nec transitus aut aspectus sunt aliquid verum, sed metaphoricum tantum; tum quia intellectus per intellectionem non transit /Br 284va/ ad rem, sed potius res ad intellectum, unde omnes isti transitus et intuitus intelligi debent passive ex parte intellectus et quasi terminative, active vero et inchoative ex parte rei, non enim incipit intuitus ex parte intellectus, ut terminetur ad rem, sed magis ex parte rei imprimentis in<sup>202</sup> intellectum et declarantis se sibi, et hinc est quod verba illa, ‘intelligo rosam’, debent intelligi quod rosa imprimat mihi intellectionem, non quod aliquis transitus incipiat a me et terminetur ad rosam. Ergo non oportet quod rosa in aliquo<sup>203</sup> esse ponatur in intellectu, sed sufficit quod intellectio, quae non est aliud quam quidam terminus et quaedam praesimalitas rosae, ponatur in ipso.

Praeterea, Philosophus, V et VI *Metaphysicae*, non ponit aliquid esse in anima nisi compositionis quod nominat verum, nec aliud<sup>204</sup> non-esse nisi falsum; unde dicit in VI quod /Bo 193va/ ens in anima in compositione et divisione consistit. Sed in simplicium /X 623b/ intelligentia non potest emanare obiectum in esse compositionis vel divisionis, nec est ibi verum et falsum, ut dicitur in<sup>205</sup> III *De anima*. Ergo nec erit ibi aliquid emanans in esse intentionaliter, quod nihil aliud est quam<sup>206</sup> esse in anima.

Praeterea, si in actu intellectus emanaret aliquid obiective ad quod terminaretur<sup>207</sup> intuitus, sequeretur quod verae res quae sunt extra non intelligerentur; impossibile enim est quod res extra et res ab intellectu facta sint eadem – cum illa sit quid reale, istud quid fictitium; et iterum,

<sup>193</sup> unum reale et aliud intentionale *om. Br*

<sup>194</sup> fit] sit Pa

<sup>195</sup> in *om. Bo Br*

<sup>196</sup> produci] producitur Pa

<sup>197</sup> eodem] eo Pa

<sup>198</sup> susceptionis] est *add. Vn*

<sup>199</sup> emanet] emanat Br

<sup>200</sup> terminet] terminat Br

<sup>201</sup> ad rem *om. Pa*

<sup>202</sup> imprimentis in] exprimentis Pa

<sup>203</sup> aliquo] aliqua Vn

<sup>204</sup> aliud] aliquid (?) Bo

<sup>205</sup> in *om. Pa*

<sup>206</sup> quam] quod Br

<sup>207</sup> terminaretur] terminatur Bo

450 cum illam natura fecerit, et istam intellectus, idem autem non potest fieri bis. Sed constat quod intellectio vere terminatur ad res quae sunt extra, alias non esset scientia de eis, nec definitiones darentur de ipsis, cuius oppositum asserit Commentator, I *De anima*, com. 8, dicens<sup>208</sup> quod definitiones sunt rerum particularium extra intellectum. Unde si diceretur quod intellectio terminaretur ad aliquid fabricatum, et non ad res quae sunt extra, /Vn 175vb/ pari ratione ponit  
 455 possent ideae Platonis, ad quas aspiceret intuitus intellectus, plus<sup>209</sup> enim videtur distare fictitium a re, quam res a re; et tamen VII *Metaphysicae*, Philosophus demonstrat quod si terminaretur intellectio ad ideas<sup>210</sup> huiusmodi, non scirentur particularia, nec aliquid eorum quae sunt extra in sensibilibus rebus. Ergo impossibile est quod per actum intellectus /Vb 301va/  
 emanet intentionale aliquid ad quod intellectio terminetur.

460 Sed istis non obstantibus, dicendum est id quod prius. Nullus enim potest negare quin experietur concipere se rosam simpliciter, et florem simpliciter, et<sup>211</sup> compositionem /Pa 183ra/  
 floris cum rosa, aspicio quod rosa est flos, et ita iudicando de rosa, ergo et flore, quem<sup>212</sup> sic quilibet dum intelligit praesentem<sup>213</sup> in animo experitur, oritur nostra quaestio: quid sit illud?  
 Aut enim est species intelligibilis; aut species existens in phantasmate; aut actus intellectus; aut  
 465 res aliqua accidentalis existens subiective in intellectu ad quam intellectio terminetur; aut rosa quaedam vel flos subsistens sicut posuit Plato; aut rosae particulares existentes extra; aut rosae illae<sup>214</sup> particulares secundum aliud esse, intentionale videlicet et formatum, existentes in anima obiective.

Sed manifestum est et conclusibile demonstrative quod nullum praecedentium esse potest nisi ultimum tantum. Non quidem primum, nec secundum, nec tertium, nec quartum. Tum quia conceptus esset falsus quo intra /Br 284vb/ nos intuemur rosam esse florem, si vel<sup>215</sup> rosa et flos quae praesentia experimur species essent intelligibles, vel species in phantasmate, vel actus intellectus, vel formae accidentales existentes in mente: non enim unum esset aliud, si sic foret. Tum quia per necessitatem rediret error Commentatoris de unitate intellectus, quia rosa et flos quae intra nos conspicimus sunt aliquid simpliciter et non particulare (utpote flos simpliciter, non hic flos, et rosa simpliciter, non haec rosa); per necessitatem ergo susceptivum in quo realiter existent erit res simpliciter<sup>216</sup>, non particularis et haec, et ita anima in qua ista ponentur erit anima simpliciter, non particularis<sup>217</sup> aut individua, et erit una in omnibus. Tum quia nec scientiae nec definitiones nec disputationes essent de rebus quae sunt extra, quia non disputamus nisi de flore et rosa quos in anima praesentia intellectualiter experimur. /X 624a/ Si ergo ista fuerint actus vel species et ibi sistitur, numquam disputamus nec habemus scientiam de rebus quae sunt extra, et sumus caeci circa ea. Si vero in istis non sistitur, sed proceditur ad res extra per ista, illa ultima<sup>218</sup> sunt<sup>219</sup> de quibus est inquisitio nostra – utrum illa experiamur obiective fore praesentia mediatis istis, et habemus ultimum membrum, quod scilicet res ipsae sunt intra mentem obiective praesentes, quamvis per actus vel species, vel non experiamur ea praesentia, et<sup>220</sup> tunc nihil scimus de rebus<sup>221</sup> quae sunt extra, nec disputamus de eis, sed de speciebus intelligibilibus aut actibus quae<sup>222</sup> sunt in nobis. Et secundum hoc, scientiae non sunt

<sup>208</sup> dicens *om. Pa*

<sup>209</sup> plus] philosophus *Pa*

<sup>210</sup> ideas] ideam *Br*

<sup>211</sup> florem simpliciter et *om. Vn*

<sup>212</sup> quem] quid *Br*

<sup>213</sup> praesentem] et *add. Br*

<sup>214</sup> illae *om. Pa*

<sup>215</sup> vel *om. Br*

<sup>216</sup> simpliciter *om. Pa*

<sup>217</sup> et haec et . . . particularis *om. Pa*

<sup>218</sup> ultima] necessaria *Vn*

<sup>219</sup> illa ultima sunt] ultima sumitur *Br*

<sup>220</sup> et *om. Br*

<sup>221</sup> de rebus *om. Br*

<sup>222</sup> quae] qui *Pa*

de rebus, et intellectiones omnes<sup>223</sup> reflexae sunt ad se ipsas, et erit intellectus magis caecus quam visus, constat enim quod visus iudicat de rebus, et non solum de visionibus suis.

Non potest etiam dari quintum, videlicet quod flos vel rosa quos in animo praesentialiter experimur sicut<sup>224</sup> existentes extra in aliqua realitate. Tum quia naturae<sup>225</sup> simpliciter, destructis particularibus et nullo intellectu apprehendente, in aliqua realitate manerent, et<sup>226</sup> sic ponerentur quiditates abstractae, et redirent ideae Platonicae. Tum quia nec praedicationes essent verae unius taliter<sup>227</sup> subsistentis de alio /Vb 301vb/ subsistente; tum quia nec scientiae essent de particularibus, sed de talibus subsistentibus rebus, nec, scito quod omnis triangulus habet tres, aliquid /Bo 193vb/ noscerem<sup>228</sup> de particulari triangulo. Tum quia hoc signum ‘omnis’ et eius consignificatum<sup>229</sup> non haberet locum circa res huiusmodi subsistentes; sed nec circa actus vel<sup>230</sup> species<sup>231</sup> vel talia subsistentia in particularia possint distribui, aut particulari<sup>232</sup>, vel distrahi<sup>233</sup>; unde impossibile est triangulum illum circa quem quasi praesentem in animo<sup>234</sup> ponimus consignificatum<sup>235</sup> universalitatis importatum per ‘omnis’ esse subsistens aliquid vel inhaerens intellectui per modum speciei aut<sup>236</sup> actus vel formae exemplaris.

Non potest etiam poni sextum, quod videlicet particulares rosae vel flores ut sunt extra in rerum existentia particulariter et distinete sint<sup>237</sup> rosa vel flos simpliciter quod<sup>238</sup> experimur in mente: tum quia nullo modo aliquid experimur de rosa vel flore particulari /Br 285ra/ dum ista concipimus, quinimmo ab ipsis abstrahimus; tum quia non esset verum quod omnis rosa sit flos, si non esset in animo obiective rosa aliqua simpliciter, sed ista vel illa, particularibus enim rosis non potest addi signum distributivum, quod est ‘omnis’<sup>239</sup>; tum quia scientiae et definitiones non essent de naturis simpliciter et universalibus, sed de particularibus et individuis<sup>240</sup> ut particularia et individua sunt, quod est contra Philosophum, VII *Metaphysicae* et II *Priorum*, qui ait quod<sup>241</sup> scire possum de omni mula quod<sup>242</sup> est sterilis, vel de omni triangulo quod habet tres, et tamen ignorare de hac mula particulari (vel quia nescio quod sit mula, vel quia nescio si forte propter<sup>243</sup> aliquid accidens contra rationem naturae specificae sit fecunda), et similiter de hoc triangulo qui est in pulvere, ignorare possum<sup>244</sup> /Vn 176ra/ utrum habeat tres, quia ignoro ipsum esse triangulum, unde quia non<sup>245</sup> omnem triangulum particularem cognoscimus in sua particularitate – cum cotidie fiant de novo et sint<sup>246</sup> quasi mutabiles<sup>247</sup> et /X 624b/ incerti – non oportet quod cognoscens quod omnis triangulus habet tres, cognoscat hoc de omni<sup>248</sup> particulari triangulo in sua singularitate. Et ita patet quod rosa vel flos vel triangulus simpliciter quos

<sup>223</sup> omnes] quae add. Bo

<sup>224</sup> sicut] sint Br

<sup>225</sup> naturae] negatur (?) Br Vb

<sup>226</sup> nullo intellectu . . . et om. Pa

<sup>227</sup> taliter] pariter Bo

<sup>228</sup> noscerem] noscere Bo Pa Vn

<sup>229</sup> consignificatum] significatum Pa

<sup>230</sup> vel] cum nec actus add. Br

<sup>231</sup> species] cum nec actus vel species add. mg. Vb; ] cum nec actus nec species add. Pa; ] cum actus vel species add. Vn

<sup>232</sup> particulari] particularizari Br

<sup>233</sup> distrahi] abstrahi Bo

<sup>234</sup> in animo om. Br

<sup>235</sup> consignificatum] significatum Br

<sup>236</sup> aut iter. Pa

<sup>237</sup> sint] sicut Pa

<sup>238</sup> quod] quem Br

<sup>239</sup> quod est ‘omnis’ om. Br

<sup>240</sup> de particularibus et individuis] particularibus et de individuis Br

<sup>241</sup> quod] quid Pa

<sup>242</sup> quod] quae Vn

<sup>243</sup> propter om. Vn

<sup>244</sup> ignorare possum om. Br

<sup>245</sup> non om. Pa

<sup>246</sup> sint] sunt Bo

<sup>247</sup> mutabiles] immutabiles Bo Br Pa Vb Vn

<sup>248</sup> omni] hoc Vb

praesentes mentaliter experimur non sunt particulares flores vel rosae vel trianguli in sua singularitate prout existunt extra.

520 Relinquitur ergo ut detur septimum, scilicet quod sint verae rosae particulares et flores, non quidem ut existunt<sup>249</sup> exterius, sed ut intentionaliter et obiective, et secundum esse formatum concurrunt in unum quid simpliciter, quod est praesens in intellectu<sup>250</sup> per speciem intelligibilem vel per actum<sup>251</sup>. Et cum constet quod tale quid non est in animo nisi dum actu intelligit, species autem<sup>252</sup> intelligibiles remanent sine actu, manifeste concluditur quod talis res 525 in esse huiusmodi non emanat nisi dum actu intelligitur et<sup>253</sup> in intellectione sive notitia actuali.

Nec procedunt instantiae. Prima siquidem non, non enim est omnino simile de vivere, intelligere, et videre. Vivere namque non est actus transiens realiter nec obiective, non est enim verum dicere ‘vivo istum vel illum’. Videre autem, etsi non /Vb 302ra/ transit realiter (in quo assimilatur ipsi vivere), transit nihilominus obiective: unde proprie dicitur ‘video te’ vel ‘illum’. 530 Philosophus ergo et Commentator dicunt esse simile de vivere, intelligere, et videre, quantum ad hoc quod nullum reale agitur aut<sup>254</sup> producitur per ipsa, sed non intelligunt<sup>255</sup> quin<sup>256</sup> videre et intelligere aliquid in esse intentionaliter producant<sup>257</sup>. Immo Commentator in II *De anima*, com. 148<sup>258</sup>, dicit quod “apud Aristotelem sensus est recipiens et agens secundum iudicium”, /Pa 183rb/ et subdit quod recipere aliquid<sup>259</sup> est aliud a iudicare illud, et quod<sup>260</sup> haec duo debent<sup>261</sup> 535 inveniri in aliquo duobus modis diversis<sup>262</sup>. Et ideo videmus quod ista virtus iudicat intentiones quas proprie<sup>263</sup> recipit<sup>264</sup>, et earum privationes, et concludit quod simile est de virtute rationali, sed differunt in hoc quod ista virtus est intentionum materialium, illa autem est intentio non mixta cum materia. Ex quo patet quod tam videre quam intelligere est pati et agere: pati /Br 285rb/ quidem realiter, sed agere intentionaliter et secundum iudicium, in quantum visio et 540 intellectio, ultra hoc<sup>265</sup> quod sunt reale aliquid, ponunt res in esse intentionaliter et iudicato, quod non facit vivere vel albere.

Nec etiam secunda obsistit.

Primo quidem quia non negat Philosophus nec Commentator nec Augustinus quin per actiones quae sunt fines possit aliquid produci, non tamen manens post operationem. Nullus 545 enim dubitat quin per citharizare sonus producatur, et tamen secundum Commentatorem, I *Ethicorum*, cantare et citharizare sunt de operationibus quae sunt fines, ex quibus non sequuntur opera praeter eas. Unde verba commenti sunt quod Aristoteles ‘opera’ vocat quae operationibus quiescentibus manent; musico autem operante secundum musicam et cantante deinde quiescente, nullum opus relinquitur; fabro autem quiescente manet aliquid opus subsistens. Sic 550 igitur<sup>266</sup> intelligere et videre sunt operationes immanentes et fines ex quibus non relinquitur operatum<sup>267</sup>, /X 625a/ quoniam obiectum formatum quod praesens intellectualiter experimur non manet intellectione cessante.

Secundo vero non obsistit instantia, quia per operationem immanentem nihil reale producitur, sed intentionale tantum. Et iterum intentionale huiusmodi non dignitur extra, sed in

<sup>249</sup> existunt] superius add. Vn

<sup>250</sup> in intellectu] intellectui Bo

<sup>251</sup> vel per actum om. Br

<sup>252</sup> autem om. Pa

<sup>253</sup> et om. Bo

<sup>254</sup> aut] et Br

<sup>255</sup> intelligunt] intelligit Bo Br Pa Vb Vn

<sup>256</sup> quin] quoniam Br

<sup>257</sup> producant] producat Pa

<sup>258</sup> 148] 149 Bo

<sup>259</sup> aliquid om. Pa

<sup>260</sup> quod om. Pa

<sup>261</sup> debent] habent Bo; ] iter. Pa

<sup>262</sup> diversis om. Vn

<sup>263</sup> proprie] iudicat add. Pa

<sup>264</sup> recipit] recipimus Br

<sup>265</sup> hoc om. Br

<sup>266</sup> igitur om. Bo; ] intellectus add. Vn

<sup>267</sup> operatum] operatio Vn

555 acie<sup>268</sup> cogitantis, et ideo convenienter ‘immanens actio’ dicitur, quia intra se producit intentionaliter, et non extra.

Tertio etiam<sup>269</sup> non obsistit, quia licet in intellectione<sup>270</sup> actuali emanet<sup>271</sup> obiectum in esse terminativo et intentionalis, nihilominus intelligere non dicitur formaliter producere illud obiectum, quia cum absolutum intellectus illud obiectum in esse /Bo 194ra/ intentionalis producat<sup>272</sup>, et intra se producat; quae quidem sunt habitudines duae: sub prima habitudine qua producit<sup>273</sup> appellatur ‘loqui’ vel ‘dicere’, sub illa vero qua intra se vel sibi ‘intelligere’ nominatur, ut sit loquens vel dicens intellectus noster prout per absolutum intellectus obiectum illud<sup>274</sup> producit, sit autem intelligens prout sibi illud<sup>275</sup> locutum est vel productum. Unde si imaginarentur quod produceret alteri et extra se, iam non loqueretur sibi nec intelligeret.

Nec etiam obviat<sup>276</sup> tertia, est enim sciendum quod quaedam sunt productiones reales, ex quibus sequitur reale productum, ut illuminare vel calefacere<sup>277</sup> /Vb 302rb/; quaedam vero grammaticales tantum, ut lucere et calere, ex quibus non emanat aliquod actum; quaedam vero sunt passiones reales, et tamen actiones intentionales, sicut intelligere et videre, de quibus dicit 570 Commentator quod sunt actiones secundum iudicium. Unde necesse est quod ex ipsis emanet<sup>278</sup> aliquid in esse iudicato et intentionalis.

Nec etiam obest quarta, quia non est verum quod res intellecta solum denominari capiat ab intellectione, sicut Caesar a pictura aut repraesentatum a representatione quacumque, non enim parieti per picturam Caesar ipse fit praesens, nec obiicitur sibi, nec iudicat de eo<sup>279</sup>, sicut res intellectui sunt praesentes. Et rursum multo<sup>280</sup> aliter sunt res in anima quam Caesar in pictura, /Vn 176rb/ alioquin Philosophus, V *Metaphysicae*, non dixisset unum modum specialem essendi esse in anima; et iterum si non esset aliud rem esse in intellectu quam denominari, cum per speciem intellectus assimiletur rebus, et ita res denominentur<sup>281</sup> a specie sicut Caesar a pictura, et multo amplius, /Br 285va/ pro eo quod est similitudo, expressior<sup>282</sup> sequeretur quod 580 non aliud esse haberet<sup>283</sup> res<sup>284</sup> dum actu intelligitur ab illo<sup>285</sup> quod habet per speciem, etiam dum non intelligitur; et tamen omnis intelligens experitur rem sibi praesentem dum eam cogitat, non igitur tale esse est tantum denominari.

Nec etiam quinta procedit, visus enim, sive res praesens sit sive absens, unitur realitati sui obiecti, quam ponit in esse formato, ubi considerandum est quod res in esse formato posita non claudit in se aliquid absolutum nisi ipsam realitatem. Unde non ponit in numerum res et sua intentio quantum ad aliquid absolutum, claudit tamen aliquid respectivum, videlicet apparere. Quod non debet intelligi ut affixum aut superpositum<sup>286</sup> illi rei, sicut ceterae relationes, sed omnino intrinsicum et indistinguibiliter /X 625b/ adunatum. Sic igitur, cum aliquis videt parietem sibi obiectum, paries ille non solum habet ibi esse reale, immo esse visum, iudicatum, et intentionale, sicut probat Augustinus, XI *De trinitate*, cap. 2, ex hoc quod remanet in esse

<sup>268</sup> acie] actu Br Vn

<sup>269</sup> etiam *om.* Br

<sup>270</sup> intellectione] intentione Pa

<sup>271</sup> emanet] manet Br

<sup>272</sup> producat] et sibi (?) *add. s.l.* Bo

<sup>273</sup> qua producit] quae produci Bo

<sup>274</sup> illud *om.* Bo

<sup>275</sup> illud *om.* Bo

<sup>276</sup> obviat] obstat Br Vn

<sup>277</sup> vel calefacere *om.* Br

<sup>278</sup> emanet] emanat Br

<sup>279</sup> eo] esse Vn

<sup>280</sup> multo] rursum (?) *add. Pa*

<sup>281</sup> denominentur] denominarentur Br

<sup>282</sup> expressior] expressorum Br

<sup>283</sup> aliud esse haberet ] aliquid esse habeat Br

<sup>284</sup> res] rex Vb

<sup>285</sup> illo] eo Pa

<sup>286</sup> superpositum] suprapositum Br; ] subpositum Pa

intentionali, etiam dum transit secundum<sup>287</sup> esse reale, sicut patet in illis qui diu solem vel aliquid rubeum aspexerunt. Unde posset Deus, dum aliquis parietem intuetur, annihilare parietem et conservare<sup>288</sup> visionem<sup>289</sup> in oculo<sup>290</sup>, et remaneret tunc paries obiectus et visus in esse intentionalis talis, et tantus, et in eodem loco in quo prius realiter existebat, et idcirco res 595 quae videtur, cum hoc<sup>291</sup> quod realiter existit, habet etiam esse iudicatum et visum, quod quidem non ponit varietatem aliquam aut distinctionem, vel numerum cum realitate illa quantum<sup>292</sup> ad aliquid absolutum, sed addit respectum illum intrinsecum et<sup>293</sup> indistinguibilem, qui dicitur ‘apparitio obiectiva’. Non igitur terminatur visus ad rem obiectam mediante aliquo 600 absoluto, quasi sit aliquod pallium vel medium inter visionem et parietem qui videtur; et idem est de intellectu Deum vidente in patria. Nihilominus ex hoc non tollitur quin paries et omne quod videtur, et Deus et omne quod intelligitur capiant esse<sup>294</sup> intentionale et apprens in ipsa intellectione.

Non valet etiam sexta, quia nullus dubitare debet<sup>295</sup> qui noverit mentem /Vb 302va/ Philosophi et Commentatoris sui quin aliqua sint nihil et non-entia simpliciter, quae tamen sunt 605 entia secundum quid in anima cognitiva entitate quadem intentionalis et deminuta. Hoc enim expresse dicit Philosophus, IX *Metaphysicae*, et Commentator exponit, com. 7, dicens quod entia quae non sunt extra animam non dicuntur esse simpliciter, sed dicuntur esse in anima cognitiva<sup>296</sup>. Sic igitur nullum est inconveniens, si eo modo quo sunt, producantur; sunt autem in esse apparenti tantummodo, quod quidem stat cum nihilitate simpliciter, et relinquunt entitatem 610 in anima deminutam. Illa vero sunt nihil utroque modo quae<sup>297</sup> nec<sup>298</sup> sunt in se nec in<sup>299</sup> anima obiective.

Non obest etiam septima, quia res /Pa 183va/ capiunt huiusmodi esse, non quidem praecise ratione potentiae, nec ratione accidentis realis quod addit intellectio ultra potentiam, sed ratione totius coniuncti, ut declaratum est supra d. 9, q. 1, art. 1, tertia propositione affirmativa.

615 Et quod additur de auctore *Sex principiorum*, dicendum quod quando<sup>300</sup> quodlibet disiunctorum facit aliquid, tunc utrumque facit totum. Res autem posita in esse apparenti habet quod sit res et quod sit apprens: ab intellectu quidem quod<sup>301</sup> sit apprens, /Br 285vb/ sed ab accidente quod addit intellectio ad potentiam oritur quod sit res, cui illud accidens est simillimum. Et ideo ex toto constituto oritur res apprens, ex quo patet quomodo unum simplex productum requirit utrumque.

620 Non obviat autem octava, verum est enim quod realiter loquendo<sup>302</sup> /Bo 194rb/ intellectio est terminus actionis obiecti, et incipit impressio a re<sup>303</sup> et terminatur ad intellectum; intentionaliter tamen /X 626a/ et iudicative dici non potest quin iudicium ab intellectu transeat super rem intra<sup>304</sup> se insistentem, docet enim experientia quod rosa simpliciter, de<sup>305</sup> qua constat quod in quantum huiusmodi non est<sup>306</sup> extra, obiicitur praesentialiter et insistit in acie intellectus dicentis quod ‘omnis rosa est rubea’, vel quod ‘rosa est flos’.

<sup>287</sup> secundum] super Bo

<sup>288</sup> conservare] servare Bo

<sup>289</sup> visionem om. Br

<sup>290</sup> oculo] oculum Br

<sup>291</sup> cum hoc om. Pa

<sup>292</sup> quantum] quintum Vb

<sup>293</sup> et om. Bo

<sup>294</sup> esse om. Br

<sup>295</sup> debet om. Pa

<sup>296</sup> cognitiva] cogitiva Br Vn

<sup>297</sup> quae] quia Bo

<sup>298</sup> nec] nihil Vn

<sup>299</sup> in om. Pa

<sup>300</sup> quando] non Br

<sup>301</sup> quod om. Br

<sup>302</sup> loquendo] in add. Br

<sup>303</sup> a re om. Br

<sup>304</sup> super rem intra] supra rem in Bo

<sup>305</sup> de] est Vn

<sup>306</sup> est om. Br

Nec etiam nona procedit, quia licet verum et falsum in compositione et divisione consistant, nihilominus non omne esse in anima est esse compositionis, immo in simplicium intelligentia res capiunt esse formatum. Quod apparet: tum quia non est magis formativus intellectus 630 componens et dividens quam simplicia apprehendens; tum quia esse compositionis supponit quod simplicia preeaccipiant esse; tum quia Philosophus et Commentator dicunt quod res quae non sunt simpliciter, sunt in anima intellectiva; tum quia IX *Metaphysicae* dicitur<sup>307</sup> quod simplicia sicut intelligentiae vel totaliter cognoscuntur vel totaliter ignorantur, et ideo in eis non est falsitas contraria vero, sed ignorantia et privatio, ex quo patet quod simplicia apud<sup>308</sup> eum 635 capiunt esse verum, cui non opponitur falsum, et per consequens non<sup>309</sup> omne ens in anima est<sup>310</sup> esse compositionis. Causa autem quare Philosophus, VI *Metaphysicae*, dicit<sup>311</sup> ens in anima, quod est verum in compositione consistere, ista est quod praedicatum de ‘est’ non potest eis attribui quae sunt in anima nisi addatur aliquid quod componatur cum illis. Unde rosa existente in anima non potest<sup>312</sup> dici vere ‘rosa est<sup>313</sup>’, nisi addatur quod est deminute vel 640 intentionaliter, vel quod ‘est flos’, vel ‘corpus’, vel aliquid huiusmodi.

Non obsistit etiam ultima, verum est enim quod intellectio terminatur ad res quae sunt extra, non tamen sub illo esse, quia non intelligeremus nisi particularia. Unde necesse est quod res extra per actum intellectus /Vb 302vb/ capiant quoddam esse, /Vn 176va/ et ita res posita in esse formato non<sup>314</sup> est aliquid aliud quam res extra sub alio modo essendi.

645 Et quod dicitur quod prout est in anima est quoddam fictitium, dicendum quod<sup>315</sup> quantum ad absolutum non est fictitium, sed quantum ad huiusmodi esse, nam vera res habet esse fictitium et apprens. Nec propter hoc fit bis, sed idem fit in dupli esset: realiter quidem exterius in natura, intentionaliter vero<sup>316</sup> in mente.

650 **Quod res in tali esse formato<sup>317</sup> posita est verbum mentis nostrae.** Secunda vero propositio est quod obiectum sic positum et formatum, ac dictum<sup>318</sup> intra mentem ubi conspicitur, et ad quod cogitantis intuitus terminatur, est verbum mentis nostrae, de quo loquitur Augustinus vocando ipsum cogitationem, non qua cogitatur, sed quae cogitatur; non formalem, sed obiectivam; non formantem, sed formatam, sicut conceptus obiectivus et formatus, non actus intellectus qui format. Hoc autem patet duabus rationibus in oppositum arguendo inductis, quae innituntur auctoritate<sup>319</sup> multiplici Augustini.

660 Cui nimirum /X 626b/ obviare multa videntur. Tale namque obiectum in esse intentional possum et formatum, non videtur esse aliud quam intentio quaedam et idolum, ac<sup>320</sup> forma specularis in quo /Br 286ra/ intellectus intuetur res extra. Sed haec opinio superius extitit impugnata tamquam impossibilis. Ergo videtur quod istud dictum incidat in illud quod condemnat.

Praeterea, verbum mentis nostrae gignitur a memoria secundum Augustinum in pluribus locis, unde non dicit quod gignatur<sup>321</sup> ab intellectione seu cogitatione<sup>322</sup>, sed quod gignitur a memoria in acie cogitantis. Sed tale obiectum formatur per actum intellectus, ut dictum est. 665 Ergo non potest habere rationem illius verbi de quo loquitur Augustinus.

<sup>307</sup> dicitur *om.* Pa

<sup>308</sup> apud] a potentia Br Vn

<sup>309</sup> non *om.* Br

<sup>310</sup> est *om.* Br

<sup>311</sup> dicit] quod *add.* Bo

<sup>312</sup> potest *iter.* Vb

<sup>313</sup> est *om.* Pa

<sup>314</sup> non] cum (?) Br

<sup>315</sup> quod *om.* Br

<sup>316</sup> vero] vere Pa

<sup>317</sup> formato] formata Vn

<sup>318</sup> dictum] ductum Pa

<sup>319</sup> auctoritate] auctoritati Bo Pa Vn

<sup>320</sup> ac] et Br

<sup>321</sup> gignatur] gignitur Bo

<sup>322</sup> cogitatione] cognitione Br

Praeterea, verbum mentis nostrae est aliquid in intellectu existens et non<sup>323</sup> in phantasmate lucens. Sed obiectum in tali esse intentionale positum virtute intellectus agentis lucet in phantasmate, ubi illud intellectus possibilis speculatur. Unde phantasma, quod virtute propria non potest nisi particulare repraesentare, virtute intellectus agentis repraesentat universale, quod vere lucet in eo, et ad quod intelligentis intuitus terminatur. Ergo impossibile est quod obiectum taliter positum sit verbum intellectuale de quo hic loquimur.

Praeterea, verbum mentis nostrae est aliquid verum, non fictitium sive falsum. Sed tale obiectum positum in huiusmodi esse non habet entitatem veram, sed omnino fictitiam et falsam, et quae stat cum nihilo. Ergo tale fictitium non potest poni verbum.

Praeterea, si obiectum taliter positum esset verbum, in omni intellectione gigneretur verbum, cum in omni actu intellectus experiamur obiectum praesens secundum hunc modum intentionalem. Sed non in omni cogitatione formatur verbum secundum Augustinum, IX *De trinitate*<sup>324</sup>, cap. 10, alioquin oporteret esse innumerabilia verba. Ergo dici non potest quod obiectum sic positum sit mentale verbum, de quo disserit Augustinus.

Praeterea, illud obiectum sic positum non est perfectio intellectus nostri, cum non sit in eo formaliter et subiective, immo intentionaliter et obiective. Sed, prout innuit Augustinus, verbum mentis nostrae est quaedam perfectio inhaerens intellectui. Ergo tale obiectum formatum non potest poni verbum.

Sed istis non obstantibus, /Vb 303ra/ dicendum est sicut prius. Illud enim quod cogitamus, et quo formatur cogitantis intuitus, et quod est in conspectu animae cogitantis, et quod dicitur per cognitionem, et quod apparet in cogitatione, et quod est formata cogitatio, et quod vere scimus, et quod imago est in cogitatione impressa et formata; illud inquam quod eiusmodi est non potest esse aliud quam res ipsa in tali esse obiective intentionaliter /Bo 194va/ constituta in acie cogitantis. Illa enim sola cogitur /Pa 183vb/ et<sup>325</sup> ex ea formatur cogitantis intuitus; illa est in conspectu animae intuentis; et illa dicitur per cognitionem; illa apparet in cogitatione; illa est non formans cogitatio, sed formata; illa vere scitur, et de illa est scientia; illa imprimitur in ipsa<sup>326</sup> cogitatione. /X 627a/ Haec autem non competit speciei intelligibili, aut actui intellectus, aut formae speculari reali accidentaliter inhaerenti, nullum enim istorum est quod cogitamus, et quod vere scimus, et cetera quae posita sunt; sed solummodo res vera intentionaliter praesens aspectui cogitantis.

Sed istae sunt condiciones quas Augustinus attribuit verbo nostro.

Prima quidem quod inde formatur cogitantis intuitus XIV *De trinitate*, cap. 6, /Br 286rb/ ubi dicit quod cum mens non se cogitat, non sic est in conspectu suo, ut de illa, suus formetur intuitus, sed tamen novit se tamquam ipsa sibi sit in memoria sui: sicut multarum disciplinarum peritus, ea quae novit eius memoria continentur<sup>327</sup>. Nec est tamen aliquid in conspectu<sup>328</sup> eius nisi unde cogitat. Et subdit quod illa conformatio et imago, quae imprimitur quando mens cogitatione sua se conspicit et recognoscit, est intellectus et cogitatio quam mens gignit, et illam dicit pertinere ad notitiam quae ‘verbum’ appellatur, sive ad notitiam quae repraesentat secundam personam in trinitate: ibi enim in memoria, intelligentia, et voluntate assignat imaginem<sup>329</sup> trinitatis.

Secunda vero est quod ipsum verbum est in conspectu<sup>330</sup> animae cogitantis, et hoc dicit in eodem capitulo, quod tanta est vis cogitationis, quod nihil in conspectu<sup>331</sup> mentis est nisi unde cogitatur.

<sup>323</sup> non *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>324</sup> *De trinitate* *om.* Br

<sup>325</sup> et *om.* Bo

<sup>326</sup> ipsa] quantum Bo

<sup>327</sup> continentur] continens Vb

<sup>328</sup> conspectu] conceptu Pa

<sup>329</sup> imaginem] imaginationem Pa

<sup>330</sup> conspectu] conceptu Pa

<sup>331</sup> conspectu] conceptu Pa

Tertia vero est quod verbum quod dicimus est illud quod cogitamus. Et hanc ponit XIV *De trinitate*, cap. 7, dicens quod verbum sine cogitatione esse non potest, cogitamus enim omne quod dicimus in illo interiore verbo quod ad nullius gentis linguam pertinet.

Quarta vero est quod verbum dicitur per cogitationem, et quod cogitare est verbum dicere<sup>332</sup>. Et hanc ponit XV *De trinitate*, cap. 10, dicens quod dicere nisi cogitata non possumus, nam etsi verba non sonent in corde, dicit utique qui cogitat; et infra: “quid enim dixerunt intra<sup>333</sup> /Vn 176vb/ se<sup>334</sup>, nisi cogitando.” Et subdit quod locutiones cordis sunt cogitationes. Concludit autem quod qui “potest intelligere verbum, non solum antequam sonet<sup>335</sup>, verum antequam sonorum imagines cogitatione voluantur, videre potest per speculum aliquam Verbi divini similitudinem.” Unde<sup>336</sup> patet quod verbum est id quod in cogitatione voluitur et dicitur cogitando, non cogitatio ipsa.

Quinta vero est quod appareat in cogitatione, et hanc ponit eodem libro, cap. 21, dicens quod “intimum verbum, quod nullius linguae est, gignitur de memoria tamquam visio de visione, et intelligentia quae appetit in cogitatione de intelligentia /Vb 303rb/ quae<sup>337</sup> fuerat iam in memoria, sed latebat<sup>338</sup>.” Ex quo patet quod verbum non est visio aut intelligentia actualis, quia illa non appetit in cogitatione, cum idem non appetat in se; sed est ipsa visio et intelligentia obiectiva.

Sexta vero est quod est formata cogitatio, et hanc ponit eodem libro, cap. 10, ubi dicit quod “formata cogitatio ab ea<sup>339</sup> re quam scimus verbum est<sup>340</sup> quod in corde dicimus.” Et patet<sup>341</sup> quod ibi loquitur de cogitatione obiectiva, non de actu cogitationis, quoniam supra dixit quod actu cogitando dicimus ipsum verbum. /X 627b/

Septima vero est quod verbum est id quod vere scitur, et hanc ponit eodem libro, cap. 22, dicens “ego in corde meo dico quod scio verbumque verum de scientia mea gignitur, utrumque meum est, et scientia utique et verbum, ego enim scio ego in corde meo dico quod scio.” Et subdit: “Cogitatio mea vult redire ad ea quae in memoria reliquerat eaque intellecta conspicere, atque intus dicere.” Ex quibus patet quod verbum est res intellecta, conspecta<sup>342</sup>, et scita, non intellectio actualis aut aliquid menti inhaerens.

Octava deinde est quod verbum est imago in cogitatione formata et impressa. Et hanc ponit Anselmus, *Monologion* 33, /Br 286va/, dicens quod “nulla ratione<sup>343</sup> negari potest, cum mens rationalis se ipsam cogitando intelligit eius imaginem nasci in sua cogitatione, immo ipsam cogitationem esse suam imaginem tamquam ex eius impressione formatam.” Ex quo patet quod ibi sumit cogitationem quae nascitur in cogitatione pro cogitatione obiectiva, non pro actu, eo modo quo dicimus quod conceptus obiectalis est et nascitur in conceptu formalis, qui est actus intellectus. Unde subdit quod imago in cogitatione verbum est eius, quod<sup>344</sup> cogitando dico.

Cum igitur octo istae condiciones nulli convenient nisi rei prout habet esse apparenſ et conspicuum obiective in mente, necesse est quod illa vere sit verbum, de quo<sup>345</sup> loquitur Augustinus praesertim, quia omnes auctoritates pro ceteris opinionibus superius arguendo inductae nihil aliud sonant, si bene fuerint intellectae, nisi quod res sic intentionaliter posita et concepta verbum est, sicut patebit dum respondebitur ad obiecta. /Bo 194vb/

Esto autem quod nulla esset auctoritas, etiam patet ex terminis quod mens intra se nihil aliud dicit nisi res ipsas quas intuetur et cogitat; et illas sic conceptas exprimit per verba vocalia et per

<sup>332</sup> dicere *om.* Pa

<sup>333</sup> intra] infra Vb

<sup>334</sup> se *om.* Vn

<sup>335</sup> sonet] sonat Br

<sup>336</sup> Unde] ut Bo

<sup>337</sup> appetit in . . . quae *om.* Pa

<sup>338</sup> latebat] latebit Pa

<sup>339</sup> ea] ipsa Br

<sup>340</sup> est] esse Pa

<sup>341</sup> patet] oportet Br

<sup>342</sup> conspecta *om.* Pa

<sup>343</sup> quod nulla ratione *om.* Pa

<sup>344</sup> quod] in (?) add. Br

<sup>345</sup> quo] qua Br

750 sonos exteriores, qui dicuntur verba in quantum signa sunt huius verbi quod nullius linguae est, sed est commune omni genti.

Nec procedunt instantiae. Prima siquidem non, quoniam illa opinio de forma speculari in multis deficit, et declinat a vero. Primo quidem, quia ponit eam reale accidentis inhaerens intellectui vel phantasmati. Secundo vero, quia dicit eam esse quoddam speculum, quo 755 mediante intellectus transeat ad res ipsas, cum tamen non oporteat dare aliud medium nisi speciem intelligibilem vel actum, quibus mediantibus res ipsa obiecta attingitur immediate<sup>346</sup>. Tertio quoque, quia non ponit formam hanc<sup>347</sup> specularem esse res extra sub esse intentionalis oblatas et praesentes aspectui<sup>348</sup> solummodo obiective; haec autem stare non possunt, sicut patuit ex praedictis.

760 Non valet quoque secunda, est enim sciendum quod actus intelligendi formalis gignitur a memoria, et per consequens /Vb 303va/ obiectum in esse formato positum dicitur gigni a memoria causante intellectionem. /Pa 184ra/ Et quia supra dictum est quod intellectiva potentia cum accidente illo reali, quod addit ad ipsam intellectio, /X 628a/ duplum habet habitudinem ad obiectum positum in tali esse: primam quidem activam, est enim id quo active<sup>349</sup> obiectum 765 accipit tale esse formatum; secundam vero terminativam, est enim id cui dicitur et formatur. Prima autem habitudo est de genere actionis et complet rationem dictionis et locutionis activae; secunda vero compleat rationem intellectionis. Idcirco non est verum quod intellectio, sub ratione qua ab actu dicendi distinguitur, gignat huiusmodi esse rei; et per consequens nec verbum producit. Unde absolutum intellectionis sub habitudine prima est active loqui et dicere; 770 exclusa vero habitudine illa pro tanto dici potest memoria, quod per eam praesto fit res in esse tali, per hoc quod induit habitudinem illam primam. Unde concedendum est quod verbum gignitur a memoria per actum dicendi.

Non valet etiam tertia, illa<sup>350</sup> namque fuit<sup>351</sup> opinio Avempacae et Alexandri, ut recitat Commentator in<sup>352</sup> III *De anima*, com. 18, ubi dicit quod Alexander posuit quod intentio 775 intellecta, quae vocatur intellectus sive conceptus /Br 286vb/ in actu recipiebatur in phantasmate, et quod Avempace dixit quod intentiones imaginatae sunt recipiente<sup>353</sup> intellecta. Unde dicendum est quod obiectum in esse formato positum non est obiective in phantasmate, tunc enim phantasia apprehenderet universale. Et iterum intellectus agens non potest dare phantasmati quod exprimat universale nisi faciendo reale aliquid, quo facto illud fiat; tale autem 780 reale non fit in phantasmate, sed in intellectu possibili, species scilicet<sup>354</sup> intelligibilis vel ipsem actus. Unde /Vn 177ra/ patet quod non lucet res nec appetit in esse huiusmodi et abstracto nisi in actu intellectus, illud enim quod lucet in phantasmate est semper<sup>355</sup> particolare; nec tamen ex hoc intelligendum est quin, si contingat intellectum particularia apprehendere, ipsa etiam particularia ponantur in esse obiectali.

785 Non valet etiam quarta, quia verbum mentis nostrae est aliquid deminutum, et non reale; non tamen propter hoc falsum est, quia non attribuitur sibi quod habeat esse reale, sed ex hoc ponitur quod non aequatur illi Verbo divino, quod realissimum est.

Non valet etiam quinta, verum est enim quod in omni actu intellectus emanat verbum: in confuso<sup>356</sup> quidem confusum, et in distincto distinctum<sup>357</sup>, in imperfecto imperfectum<sup>358</sup>, et in 790 perfecto perfectum<sup>359</sup>. Et quod Augustinus dicit non in omni conceptu formari<sup>360</sup> verbum,

<sup>346</sup> immediate] mediate Bo

<sup>347</sup> hanc *om.* Pa

<sup>348</sup> aspectui] conspectui Br

<sup>349</sup> active *om.* Bo

<sup>350</sup> illa] illam Vn

<sup>351</sup> fuit *om.* Pa

<sup>352</sup> in *om.* Br

<sup>353</sup> recipiente] recipientes Bo

<sup>354</sup> scilicet] enim Pa

<sup>355</sup> semper] in *add.* Bo

<sup>356</sup> confeso] confuse Vn

<sup>357</sup> distinctum] et *add.* Br

<sup>358</sup> imperfectum] perfectum Br

<sup>359</sup> et in perfecto perfectum *om.* Pa

intelligendum est quod non verbum perfectum vel verbum amatum, ea enim quae sic concipimus<sup>361</sup>, quod odimus et nolumus, non proprie dicimur<sup>362</sup> concipere, sed magis abicere et refugere. Et ad hoc refertur intentio Augustini ut appareat ibidem.

Non valet etiam sexta, verum est enim quod res sic posita manet intra intellectum obiective, et perficit in quantum est terminus suaformalis perfectionis quae est intellectio actualis, quam quidem habere non posset nisi obiecto quod taliter praesens esset. Nusquam autem dicit Augustinus quod verbum sit accidentis inhaerens, immo dicit oppositum IX *De trinitate*, cap. 4; ait enim quod amor et cognitio in quibus consistit imago, /X 628b/ quae non sunt aliud<sup>363</sup> quam spiritus et verbum, non tamquam in subiecto menti insunt, sicut color in corpore, sed substantialiter sicut mens ipsa. Et subdit quod amor et /Vb 303vb/ scientia sunt substantia, sicut amans et sciens, quod intelligendum est non de amore actu aut de scientia actuali, sed de anima per amorem spirata et de notitia obiectali.

**Quod Verbum in divinis non sit aliud quam Deus sic positus in esse conspicuo et formato, realissima tamen positione atque formatione.** Tertia quoque propositio est quod Filius in divinis emanat in consimili esse conspicuo et obiectivo, nisi quod formatur vere realiter et capit esse reale. Cui tamen multa obviare videntur, verbum enim divinum et nostrum magis sunt dissimilia quam similia, secundum Augustinum, unde nec potest ab eis una communis ratio abstrahi, alioquin Deo et creaturee aliquid<sup>364</sup> esset commune. Sed si emanaret /Bo 195ra/ per modum<sup>365</sup> talis obiecti in esse conspicuo constituti, esset simillimum verbo nostro secundum ea quae determinata sunt in praecedenti art., et posset una communis ratio abstrahi ab eisdem. Ergo non emanat /Br 287ra/ Verbum divinum secundum modum praedictum.

Praeterea, nobilissimae personae debetur nobilissimus existendi<sup>366</sup> modus. Sed existere per modum apparentem est ignobilius quam realiter<sup>367</sup> existere. Ergo Verbo divino, quod est persona nobilissima, non competit quod sit Deus<sup>368</sup> positus in esse apparenti. Et confirmatur, quia secundum hoc Pater nobiliori modo esset Deus, quia realiter, quam Filius, qui esset Deus apparenter.

Praeterea, veritas et apparentia opponuntur, quod enim est apparenter argentum, non est verum argentum. Sed contraria et opposita non possunt stare simul. Ergo non stat simul quod Verbum sit Deus positus in esse apparenti<sup>369</sup>, et quod illa apparentia sit realis.

Praeterea, quod est aliquid vere et apparenter, est dupliciter illud. Sed non est dubium quod Filius est vere Deus. Igitur si cum hoc est Deus positus in esse apparenti, erit dupliciter Deus, vere scilicet et apparenter. Unde omnis perfectio simpliciter erit in Filio<sup>370</sup> bis, sicut supra arguebatur contra quartam opinionem.

Praeterea, non videtur quod Verbum sit Deus positus in esse obiectivo, omnes enim personae in divinis intelligunt, et per consequens ponunt rem intellectam in esse obiectivo; unde sicut est commune tribus intelligere, ita et rem intellectam<sup>371</sup> in tali esse constituere. Sed constat quod non omnes personae producunt Verbum nec dicunt. Ergo Verbum non est res posita in tali esse obiectivo, nec dicere est sic<sup>372</sup> ponere.

Praeterea, si Verbum est res posita in esse obiectivo, aut est essentia sic posita, aut proprietates sic posita, aut creaturee sic posita, aut omnia ista, aut nullum istorum. Sed non potest dici quod essentia sola sic posita, quia non intelligerentur nec proprietates nec /Pa 184rb/

<sup>360</sup> formari] formalis Pa

<sup>361</sup> concipimus] et add. Bo

<sup>362</sup> dicimur] dicuntur Pa

<sup>363</sup> sunt aliud] id Pa

<sup>364</sup> aliquid] aliquid Pa; ] quid Br

<sup>365</sup> per modum om. Pa

<sup>366</sup> existendi] essendi Vb Br

<sup>367</sup> realiter] realis Pa

<sup>368</sup> Deus om. Pa

<sup>369</sup> apparenti om. Vb

<sup>370</sup> Filio] Verbo Bo

<sup>371</sup> ita et rem intellectam om. Pa

<sup>372</sup> sic] sicut Vn

creaturae a Deo; nec potest poni quod creatureae aut proprietates sic positae sint Verbum, quia /X 629a/ tunc Verbum esset realiter omnes proprietates et omnes creatureae, quod erroneum est; 835 nec potest poni quod omnia ista propter eandem rationem. Ergo relinquitur quod sit nullum istorum, et per consequens Verbum non est<sup>373</sup> res posita in esse obiectivo.

Praeterea, illud quod per se est summe intelligibile, non oportet quod in aliquo esse ponatur ad hoc ut possit intelligi obiective. Sed divina essentia summe intelligibilis est<sup>374</sup>. Ergo nulla necessitas est quod formetur in aliquo esse conspicuo ad hoc quod intelligatur. Et confirmatur, 840 quia beatus videt essentiam divinam nudam in se, nec oportet quod emanet<sup>375</sup> /Vb 304ra/ in aliquo esse conspicuo, in quo conspiaciatur<sup>376</sup>.

Praeterea, si Verbum esset res posita in esse obiectivo, ita quod esset obiectum divinae intellectio[n]is, sequeretur quod tota trinitas nosceret<sup>377</sup> et cognosceret in Verbo, et nihil cognosceret in se ipsa. Sed Augustinus dicit, XV *De trinitate*, cap. 14, quod novit omnia Deus 845 Pater in se ipso, novit etiam et in Filio; similiter et omnia novit Filius in se et in Patre; et concludit quod sciunt in<sup>378</sup> se invicem Pater et Filius. Ergo non potest poni quod Filius solus<sup>379</sup> sit obiectum ad quod terminetur intellectio trium personarum.

Sed istis non obstantibus, dicendum est sicut prius, illud enim est Verbum in divinis quod maxime imitatur a verbo nostro, quia verbum nostrum est simillimum illi secundum 850 Augustinum. Sed probatum est quod res posita<sup>380</sup> in tali esse obiectivo est verbum in nobis. Ergo omni imperfectione semota Verbum /Br 287rb/ in divinis simile poni debet. /Vn 177rb/ Erat autem hoc imperfectionis quod poneretur in esse deminuto et intentionalis; hoc igitur amoto Verbum divinum erit sic positum, realiter tamen et vere; et haec est deductio Augustini, *De cognitione verae vitae*, ut allegatum est supra ad<sup>381</sup> oppositum arguendo.

Praeterea, ille modus subsistendi qui propriissimus est existentiae intellectuali, et 855 nobilissimus inter producta per modum intellectualem, competit Verbo Dei. Sed modo intellectuali producitur intellectio, species, vel habitus, et producitur obiectum seu ponitur in esse praesentiali<sup>382</sup> et terminativo, nec reperitur quod aliquid aliud subsistat ut productum modo intellectuali nisi aliquid istorum. Probatum est<sup>383</sup> autem quod emanare non potest ut intellectio 860 actualis, quia<sup>384</sup> secundum hoc emanaret ut quaedam perfectio simpliciter, et sequerentur inconvenientia quae superius sunt inducta; nec potest poni quod emanet<sup>385</sup> ut species vel habitus, nec enim Filius Dei est habitus aut ratio cognoscendi. Ergo necesse est quod emanet<sup>386</sup> tamquam obiectum constitutum in tali esse conspicuo et terminativo.

Praeterea, illo modo emanat Verbum in divinis, quo salvantur omnia quae dicuntur de 865 Verbo, et aliter non salvantur. Sed si emanet<sup>387</sup> ut Deus positus in esse obiectivo et terminativo ac apparenti, salvantur omnia quae dicuntur de Verbo, videlicet identitas essentiae et distinctio originis, immo quod in omnibus est identitas praeterquam ingenerare et generari. Declaratum est enim supra quod res posita in esse apparenti non differt in aliquo absoluto a realitate ipsius rei in se; unde anima ponens se ante /X 629b/ se per cogitationem, ut dicit Augustinus, non 870 differt nisi in ponere et poni, et ita Deus dicens et Deus dictus<sup>388</sup> sunt unus et idem Deus solum

<sup>373</sup> est om. Pa

<sup>374</sup> est om. Bo

<sup>375</sup> emanet] emanat Br

<sup>376</sup> conspiaciatur] aspiciatur Bo Br Vn

<sup>377</sup> nosceret] noscet Bo Vb Vn

<sup>378</sup> in om. Pa

<sup>379</sup> solus om. Br

<sup>380</sup> posita om. Pa

<sup>381</sup> ad] in Pa

<sup>382</sup> praesentiali ] principali Pa

<sup>383</sup> est om. Pa

<sup>384</sup> quia] et Pa

<sup>385</sup> emanet] emanat Br

<sup>386</sup> emanet] emanat Br

<sup>387</sup> emanet] emanat Br

<sup>388</sup> dictus] ductus Pa

875 distincti per dicere et dici. Non potest autem hoc<sup>389</sup> salvari, si ponatur quod Verbum sit<sup>390</sup> intellectio, actus enim intellectus est aliquid inhaerens, et realiter differens a re cuius est, sicut patet. Salvantur etiam<sup>391</sup> ex isto modo quomodo nulla perfectio erit bis in Filio /Bo 195rb/ et quomodo non erit per prius intelligens quam Deus, quoniam emanat ut Deus positus in esse formato. Ergo necesse est<sup>392</sup> dicere quod iste sit proprius modus quo subsistit Verbum divinum.

Nec motiva procedunt. Primum siquidem non, dictum est enim<sup>393</sup> saepe quod in similibus, quorum unum<sup>394</sup> est eminens et aliud deminutum, /Vb 304rb/ maior est dissimilitudo quam similitudo, ita ut ab ipsis non possit ratio illa tamquam communis abstrahi, in qua deminutum dicitur illud quod emanet mutari, sicut patet de specie coloris existentis in mente et de ipso colore: nullus enim dicit quod sint color<sup>395</sup> eiusdem rationis, nec quod<sup>396</sup> possit abstrahi una communis ratio coloris ab ipsis, sic in proposito de Verbo reali et eminentissimo, quod est Deus, et de verbo deminuto, quod reperitur in nobis.

885 Non valet autem secundum, ubi considerandum quod apparere non est aliud quam obiici alicui potentiae cognitivae, unde importat habitudinem ad cognitionem, omne enim quod appareat, alicui cognoscenti apparent. Contingit autem huiusmodi habitudinem per apparentiam importatam, aliquando quidem esse penitus deminutam et esse quid rationis, aliquando vero<sup>397</sup> esse habitudinem realem, sicut dextrum in animali /Br 287va/ est habitudo realis<sup>398</sup>, et tamen in columna est aliquid rationis et deminutum. Sic igitur in divinis habitudo per apparentiam importata non est deminuta, sed est vere realis, et idcirco non est verum quod Verbum in divinis 890 habeat modum existentiae deminutum.

Quod vero additur de Patre quod habet esse realius, dicendum quod non, quoniam subsistit ut Deus huiusmodi apparentiam producens et formans. Formare autem et formari proportionaliter se habent, ut ubi formare<sup>399</sup> seu apparere intentionale<sup>400</sup> quid est, ibi intentionale quid sit apparentiam istam formare; ubi vero realis est apparentia, ibi et producere sit reale. Quocirca Pater, qui Deus subsistens est per modum dicentis huiusmodi apparentiam realem<sup>401</sup>, non magis perfecte subsistit quam Filius, qui Deus est subsistens per modum realiter apparentis.

Non obsistit etiam tertium, quod enim apparenſ verum non sit, duplīciter potest intelligi. Primo quidem referendo ad rem quae apparet, quasi res quae apparet non possit<sup>402</sup> esse vera et 900 apparere<sup>403</sup>; et hoc quidem falsum est, quia verum argētum potest apparere argētum; et secundum hoc verus Deus potest esse positus in esse apparenti. Secundo vero, ut referatur ad apparentiam quasi habitudo apparentiae non possit stare cum veritate et realitate, sic quod apparentia non possit esse habitudo realis; et sic etiam non est verum quod veritas et apparentia opponantur, nisi /X 630a/ apparentia pro fictitio sumeretur. Sed si accipiatur pro habitudine ad 905 cognoscens, secundum quam dicimus quod omne apparenſ alicui cognoscenti apparent, haec habitudo potest esse realis et deminuta.

Non obviat quoque quartum, non est enim verum quod Filius sit /Pa 184va/ bis Deus, sed est verus Deus positus in esse apparenti, non enim<sup>404</sup> apparere sive respectus apparentiae dat sibi quod sit Deus, sed tantummodo quod sit Verbum. Unde deitate et apparentia habet quod sit

<sup>389</sup> hoc *om.* Bo

<sup>390</sup> sit *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>391</sup> etiam] enim Vn

<sup>392</sup> est *om.* Pa

<sup>393</sup> enim *om.* Vb

<sup>394</sup> unum *om.* Vb

<sup>395</sup> color] est *add.* Bo

<sup>396</sup> quod] quod si *del.* Br; ] *om.* Pa

<sup>397</sup> vero] autem Br

<sup>398</sup> realis *om.* Bo

<sup>399</sup> formare] formari Br Pa Vb Vn

<sup>400</sup> intentionale] in Vn

<sup>401</sup> realem *om.* Bo

<sup>402</sup> possit] posset Bo; apparet non possit] apparent non possent Br

<sup>403</sup> et apparere *om.* Bo

<sup>404</sup> enim] igitur Pa

910 Deus et Verbum, cum persona illa constituatur ex deitate et ex<sup>405</sup> generari seu dici, quod non est aliud quam apparere, quia omne quod dicitur, alicui dicitur seu exprimitur vel obiicitur, ut appareat illi.

Non<sup>406</sup> obsistit etiam quintum, ubi considerandum quod habitudo apparentiae, qua formaliter res ponitur in quodam esse apparenti respicit duo: unum quidem ut a quo oritur, aliud vero ut cui oritur. Res namque **/Vn 177va/** quae apparet, virtute alicuius apparet, et alicui apparet, et secundum hoc est una<sup>407</sup> simplex habitudo aspiciens illud cuius virtute est, et illud cui<sup>408</sup> est. Primum autem aspicit tamquam originans, secundum vero ut terminans, et **/Vb 304va/** ideo a primo distinguitur realiter, si apparentia sit realis, quoniam idem non potest originare se; a secundo vero non oportet quod realiter distingueretur<sup>409</sup>, quia idem potest sibi ipsi<sup>410</sup> apparere. Unde terminus apparentiae non oportet quod ab ipsa apparentia<sup>411</sup> realiter distingueretur, cum non se habeat per modum originantis vel originati, nec enim apparentia oritur ab eo, cui<sup>412</sup> apparet, nec id cui apparet ab apparentia. Secundum hoc ergo apparentia<sup>413</sup> in qua consistit ratio Verbi divini respicit per modum termini<sup>414</sup>, cui apparet trinitatem totam, scilicet Patrem et Spiritum **/Br 287vb/** et ipsummet Verbum. Et<sup>415</sup> quia hoc est intelligere, ut supra dictum est, ideo intelligere est tribus commune. Respicit autem per modum principii, virtute cuius oritur solum Patrem; et quia nihil aliud est dicere sibi vel alteri quam rem aliquam sibi vel alteri facere apparere, et per consequens non est aliud quam apparentiam imprimere et causare, idcirco solus Pater dicit Verbum sibi et toti trinitati; nec tamen solus intelligit, quia non soli sibi apparentiam illam facit.

930 Et si dicatur, quare non soli sibi facit, sicut solus eam facit, dicendum est quod originare seu facere non potest communicare illi quod constituitur ex apparentia originata, quia tunc sequeretur quod suum constituens originaret id quod ex apparentia constituitur, si<sup>416</sup> communicaretur sibi causare huiusmodi apparentiam, et ita impossibile est ut Verbo communicetur quod dicat. Similiter est impossibile quod communicetur Spiritui Sancto, quia praesupponit proprietatem Verbi, quae est apparentia, cum procedat a Filio et a<sup>417</sup> Patre. Non est autem impossibile quod Verbo communicetur esse terminum apparentiae<sup>418</sup>, quia idem<sup>419</sup> potest sibi ipsi apparere. Nec est realis distinctio de necessitate inter id quod apparet et id cui apparet, sicut est de necessitate inter id quod apparet et id virtute cuius causative et originative apparet. Sic igitur Pater communicat Filio et Spiritui Sancto **/X 630b/** omne quod non includit **/Bo 195va/** incompossibile aut repugnantiam, et ita intelligere et esse id cui fit apparentia, ut sit unum et idem intelligere in tribus; non tamen communicat aliis apparentiam istam<sup>420</sup> formare, et ita nec dicere, cum hoc sit impossibile nisi posset communicare alicui quod produceret se aut illud a quo procedit, quod omnino impossibile est.

945 Et si dicatur ulterius quod dicere non est apparentiam illam producere, sed aliquid substratum in quo apparentia ista fundetur, cum apparentia illa sit relatio<sup>421</sup> quae immediate acquiri non<sup>422</sup> potest – dicendum quod sicut dici non est relatio, sed habet<sup>423</sup> potius modum

<sup>405</sup> ex om. Br

<sup>406</sup> Non] nec Vn

<sup>407</sup> una] est add. Pa

<sup>408</sup> cui om. Pa

<sup>409</sup> distinguatur] distinguitur Bo

<sup>410</sup> ipsi om. Pa

<sup>411</sup> apparentia om. Vn

<sup>412</sup> cui] cuius Pa

<sup>413</sup> Secundum hoc ergo apparentia om. Vn

<sup>414</sup> termini om. Bo

<sup>415</sup> Et om. Br

<sup>416</sup> si] nec Pa

<sup>417</sup> a om. Pa

<sup>418</sup> apparentiae] apparentia Pa

<sup>419</sup> idem om. Pa

<sup>420</sup> istam] ista Bo

<sup>421</sup> illa sit relatio om. Br Pa Vb Vn

<sup>422</sup> non om. Bo

<sup>423</sup> habet om. Pa

praedicamenti passionis ut superius dictum fuit, sic<sup>424</sup> est de ipso apparere, dici enim passive sumptum respicit et a quo dicitur et cui dicitur. Dici autem alicui non est nisi<sup>425</sup> fieri<sup>426</sup> apparet illi, unde patet<sup>427</sup> quod apparere et dici sunt una et eadem habitudo, nisi quod ‘apparere’ importat illam ut respicit terminum cui fit, ‘dici’ vero ut respicit terminum cui fit et illud a quo fit.

Non procedit etiam sextum, verum est enim quod Verbum est divina essentia et omnis creatura et omnis personalis proprietas posita in esse apparenti, a sola tamen divina essentia realiter<sup>428</sup> non differt. A creaturis enim et<sup>429</sup> proprietatibus habet quod realiter distinguatur, pro 955 eo quod non sunt id quod per prius ponitur<sup>430</sup> in esse formato, sed sola divina essentia quae per prius est intellecta et per prius apparet per huiusmodi apparentiam intellectui /Vb 304vb/ existenti in tribus, est enim primum intelligibile divinae intellectionis. Unde Verbum essentiae est id ipsum quod divina essentia, Verbum autem proprietatum aut creaturarum non oportet quod sit id ipsum<sup>431</sup> quod proprietates et creaturae, quia non est immediatum Verbum nisi /Br 960 288ra/ solius essentiae, sicut nec divinus intellectus terminatur immediate ad creature, sed mediante sua essentia.

Non valet autem<sup>432</sup> septimum, quia licet divina essentia sit summe intelligibilis, et apta nata<sup>433</sup> apparere, non tamen suum apparere est idem quod essentia; et ideo necesse est dum intelligitur a Patre quod appareat sibi, et ita quod Pater ponat eam in esse apparenti, vel reali vel deminuto, et per consequens quod conduplicet<sup>434</sup> se, vel intentionaliter vel realiter. Esset<sup>435</sup> autem imperfectionis, si talis apparentia esset intentionalis<sup>436</sup> et deminuta, quare restat ut sit realis. Unde et beatus videndo eam<sup>437</sup> ponit ipsam in esse quodam apparenti sibi ipsi intentionaliter et deminute.

Et si dicatur quod huiusmodi apparentia immediate potest fundari in essentia, et ita<sup>438</sup> non oportet ut ponatur in alio<sup>439</sup>, esse dicendum quod verum est; sed ipsam fundare huiusmodi apparentiam est ipsam poni in esse apparenti, quoniam non se habet per modum fundamenti distincti et substrati, sed per modum cuiusdam<sup>440</sup> indistinguibiliter adunati cum illo apparere reali. Et propter hoc consurgit unum simplex constitutum ex essentia et huiusmodi apparere.

Non obstat autem octavum, verum est enim quod Pater<sup>441</sup>, Filius, et Spiritus Sanctus intelligunt in<sup>442</sup> se ipsis formaliter, in quantum cuilibet apparet Verbum<sup>443</sup> in se ipso<sup>444</sup>; quilibet etiam dicitur ‘objecrum’ ratione divinae essentiae, quae<sup>445</sup> /X 631a/ eadem est cum quolibet, et quae cuilibet obiicitur. Non tamen esse cuiuslibet est esse objecrum sive esse apprens reali apparentia, sed solus Filius est isto modo objecrum, quod eius subsistere proprium consistit in obiici, et quodam apparere reali. Et si dicatur quod secundum hoc dicere Verbi, quod est notionale, praecedet /Vn 177vb/ intelligere, et per consequens essentiale dependebit a notionali,

<sup>424</sup> sic] sicut Pa Vn

<sup>425</sup> nisi om. Br

<sup>426</sup> fieri om. Pa

<sup>427</sup> patet] apparet Bo

<sup>428</sup> realiter] realis Bo

<sup>429</sup> et] a add. Br

<sup>430</sup> ponitur om. Pa

<sup>431</sup> quod divina essentia . . . ipsum om. Bo

<sup>432</sup> autem] etiam Br

<sup>433</sup> nata om. Br

<sup>434</sup> conduplicet] duplicit Bo Br Pa

<sup>435</sup> Esset] est Bo

<sup>436</sup> vel realiter . . . intentionalis om. Pa

<sup>437</sup> eam iter. Vn

<sup>438</sup> ita om. Pa

<sup>439</sup> alio] aliquo Br

<sup>440</sup> cuiusdam om. Pa

<sup>441</sup> Pater om. Br

<sup>442</sup> in om. Vn

<sup>443</sup> verbum] ill. del. Pa

<sup>444</sup> ipso] verbum add. Pa

<sup>445</sup> quae] quod Bo

dicendum quod intelligere praeexigit dicere, non quia intelligere causetur a dicere, sed quia apparere causetur ab eo, apparere autem non est intelligere, sed est intelligere id cui fit huiusmodi apparere. Unde ille<sup>446</sup> intelligit cui aliquid tamquam praesens appetet, non est autem inconveniens quod aliquid essentialie<sup>447</sup> indigeat notionali, eo modo quo expositum fuit supra,  
985 d. 6.

In hoc ergo secundus articulus terminetur.

### Articulus Tertius

**Ubi declarantur quatuor ex praedictis, et primo de imagine: quomodo sit nomen personale. Opinio Graecorum**<sup>448</sup>. Circa tertium<sup>449</sup> vero considerandum est quod ex praedictis potest videri veritas aliquorum quae consueverunt circa istam materiam dubitari. Et primo quidem de nomine imaginis, an sit proprium Filii<sup>450</sup>, vel competit Spiritui Sancto in divinis. Dixerunt enim<sup>451</sup> Graeci quod Spiritus Imago /Pa 184vb/ est<sup>452</sup>, sicut et Filius, cum procedat in identitate naturae, et sit simillimus Patri. Sed hoc stare non potest, quia de Spiritu non legitur in scripturis quod sit<sup>453</sup> Imago, sicut de Filio dicitur<sup>454</sup> ad Hebreos 1<sup>455</sup> quod “est splendor gloriae”, et “figura<sup>456</sup> substantiae eius, sive caracter”, secundum aliam litteram; et prima ad Colossianos ait Apostolus quod “est imago Dei invisibilis<sup>457</sup> primo genitus omnis creaturae”; et Sapientiae 7 dicitur de sapientia increata, quae verbum est, quod “est speculum sine macula maiestatis Dei, et imago bonitatis<sup>458</sup> illius”; unde Augustinus, V *De trinitate*, cap. 2, /Vb 305ra/ 1000 dicit quod Filius Verbum dicitur quo modo Imago, et quod solus Filius est Imago.

**Opinio Richardi de Sancto Victore, VI *De trinitate*, cap. 11.** Propterea dixerunt alii quod solus Filius est imago Patris, pro eo quod ratio imaginis /Br 288rb/ non attenditur penes essentialia, sed penes proprietates. Et quia Filius assimilatur Patri in hoc quod ab eo emanat Deus /Bo 195vb/ per spirationem, sicut a Patre, spirat enim Filius Spiritum Sanctum sicut Pater, 1005 ideo Filius imago dicitur, cum imitetur Patrem in hoc. Spiritus autem<sup>459</sup> Sanctus, cum non producat ex se Deum, nec imitetur Patrem et Filium in aliqua proprietate personali, dici non potest<sup>460</sup> imago. Unde posset ratio sic formari quod imago non attenditur penes intrinseca, sed<sup>461</sup> quasi penes extrinsecam similitudinem. Statua enim quae est imago hominis non assimilatur 1010 sibi<sup>462</sup> in interioribus, sed in extrinsecis, utpote in figura. Sed licet Filius et Spiritus Sanctus assimilentur<sup>463</sup> Patri in intrinsecis et<sup>464</sup> essentialibus, solus tamen Filius assimilatur sibi in proprietate quae est quasi extrinseca, videlicet in spiratione qua /X 631b/ producitur Deus Spiritus Sanctus. Ergo solus Filius est imago Patris.

Sed hic modus stare non potest: non quidem propter hoc quod aequalitas aut similitudo penes relationes originis non attenditur, sicut aliqui dicunt, imago enim talem similitudinem non includit, ut infra patebit, sed propter hoc quod<sup>465</sup> Filius non est imago in eo quod spirator, sed in

<sup>446</sup> ille *om.* Pa

<sup>447</sup> essentialie] intentionale Br Vn

<sup>448</sup> Graecorum] lac. Vn

<sup>449</sup> tertium] secundum Pa

<sup>450</sup> Filii *om.* Br

<sup>451</sup> enim] ergo Pa

<sup>452</sup> est *om.* Pa

<sup>453</sup> quod sit] sicut Pa

<sup>454</sup> dicitur] legitur Br

<sup>455</sup> 1 *om.* Vn

<sup>456</sup> figura] figurae Vn

<sup>457</sup> invisibilis] invisibili Vn

<sup>458</sup> bonitatis] bonitati Pa Vn

<sup>459</sup> autem *om.* Br

<sup>460</sup> potest] dici *add.* Vn

<sup>461</sup> sed] et Vb

<sup>462</sup> sibi *om.* Br

<sup>463</sup> assimilentur] assimilatur Br

<sup>464</sup> et] in *add.* Br

<sup>465</sup> quod *om.* Vb

eo quod Filius. Dicit enim Magister in littera quod eadem proprietate sive notione dicitur Verbum et Imago, qua Filius; et Augustinus, V *De trinitate*, cap. 16, dicit quod in omnibus his vocabulis Filius, Verbum, et Imago refertur persona Filii ad Patrem; certum est autem quod in quantum spirator Filius non refertur ad Patrem. Unde non potest dici quod in hoc sit imago, quod spirat Spiritum Sanctum, immo in hoc quod est Verbum et Filius.

**Opinio aliorum.** Et ideo dixerunt alii quod Spiritus Sanctus non est Imago, quia non potest dici Imago solius Patris aut solius Filii; non quidem Filii, ne sit Imago Imaginis; nec Patris, quia non immediate refertur ad Patrem, sed mediante Filio; nec utriusque, quia duorum non potest esse una imago.

Sed nec iste modus competens est: tum quia non appetet cur non possit<sup>466</sup> dici<sup>467</sup> una Imago Patris et Filii, sicut et<sup>468</sup> unum Donum; tum quia Pater et Filius sunt unus spirator et unus in spirando, unde non appetet cur non possit eorum esse una imago, in quantum sunt unum; tum quia<sup>469</sup> falsum est quin Spiritus Sanctus immediate referatur ad Patrem.

**Opinio Thomae, parte prima, q. 35, art. 1 et 2.** Et idcirco dixerunt alii quod de ratione imaginis est similitudo in specie, vel saltem in aliquo signo speciei, et maxime in<sup>470</sup> figura, nam diversorum animalium diversae sunt figurae, non autem diversi colores. Et ideo si depingatur color alicuius in pariete, non dicitur imago, nisi depingatur figura. Ultra hoc autem requiritur<sup>471</sup> origo, quia ut Augustinus dicit in libro 83 *quaestionum*, unum ovum non est imago alterius, quia non est de illo expressum. Secundum hoc ergo Filius, qui procedit ut Verbum, de cuius ratione est similitudo speciei /Vb 305rb/ ad illud a quo procedit, dicitur esse Imago; Spiritus autem Sanctus Imago non est, quia procedit ut Amor, de cuius ratione /Br 288vb/ non est quod assimiletur in specie ei a quo procedit (quamvis hoc competit Amori, qui est Spiritus Sanctus<sup>472</sup>, in quantum est Amor divinus, non per generalem rationem amoris).

Sed nec iste modus est congruus. Tum<sup>473</sup> quia Spiritus Sanctus non procedit ut Amor, ut supra dictum est, sed potius ut amans in quodam esse donato per vim amoris; amans autem sic positus gerit similitudinem sui ipsius in quantum emittit et donat, sicut et verbum simile est ei cuius est verbum. Tum quia saltem amor divinus, in quantum huiusmodi<sup>474</sup>, similis est ei a quo procedit secundum istos, et per consequens Spiritus Sanctus, in quantum huiusmodi, erit imago. /X 632a/ Tum quia isti dixerunt alibi quod ex hoc quod<sup>475</sup> aliquis rem aliquam amat, provenit quaedam impressio rei amatae in affectum<sup>476</sup> amantis, secundum quam amatum dicitur in amante, sicut intellectum in<sup>477</sup> intelligente; talis autem impressio repraesentat Spiritum Sanctum; ergo habuerunt<sup>478</sup> dicere consequenter quod Spiritus Sanctus est similitudo rei amatae, et ita imago. Tum quia de ratione imaginis non videtur quod sit origo ab eo cuius imago est, alias soli carpentarii haberent imagines qui sciunt illas sculpere, nec essent<sup>479</sup> imagines aliorum, et tamen imago diceretur, dato quod non esset producta, dum tamen ad repraesentandum esset ordinata; ovum<sup>480</sup> vero<sup>481</sup> non dicitur imago ovi alterius, quia non est<sup>482</sup> ordinatum ad ipsum repraesentandum.<sup>483</sup>

<sup>466</sup> possit] potest Vn

<sup>467</sup> cur non possit dici om. Br

<sup>468</sup> et om. Br

<sup>469</sup> quia om. Bo

<sup>470</sup> in] etiam Vb

<sup>471</sup> requiritur] sequitur Br

<sup>472</sup> imago non est quia . . . Sanctus om. Bo

<sup>473</sup> tum om. Bo

<sup>474</sup> huiusmodi] non add. Br

<sup>475</sup> ex hoc quod om. Pa

<sup>476</sup> affectum] effectum Pa

<sup>477</sup> in om. Pa

<sup>478</sup> habuerunt] habent Br

<sup>479</sup> essent om. Pa

<sup>480</sup> ovum om. Br

<sup>481</sup> vero] enim Pa

**Opinio Durandi.** Quapropter dixerunt alii quod imago non convenit Deo<sup>484</sup> proprie. Non enim convenit Deo in ordine ad creaturas, quia de ratione imaginis est quod sit aliquid productum ad imitationem alterius cuius imago est<sup>485</sup>. Nihil autem divinum productum est ad imitationem 1060 creature, sed potius e converso. Unde Deus non est imago creature, nisi improprie<sup>486</sup> accipiendo ‘imaginem’ pro exemplari, quomodo sumitur Genesis 1 cum dicitur: “Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.” Nec etiam una persona est proprie imago alterius in divinis, quia ubi non est propria et realis similitudo, non potest esse imago proprie<sup>487</sup> quae importat similitudinem ad illud cuius<sup>488</sup> est imago. Inter personas autem divinas non est 1065 similitudo propria et realis. Non enim ratione proprietatum personalium<sup>489</sup> et originum, quia penes eas<sup>490</sup> nec similitudo attenditur nec aequalitas (secundum Augustinum, qui ait quod cum quaeritur quis<sup>491</sup> de quo sit<sup>492</sup>, non est quaestio aequalitatis, sed originis); nec etiam penes essentialia, quia in illis personae sunt eadem simpliciter, et non aequales vel similes. Quare una persona non est alterius imago proprie. Improprie tamen sumendo ‘imaginem’, habet 1070 locum<sup>493</sup> in divinis, et convenit /Bo 196ra/ tam Filio quam Spiritui Sancto, pro eo quod uterque producitur in similitudine et aequalitate ad Patrem; appropriatur tamen Filio, quia ex<sup>494</sup> ratione nominis /Pa 185ra/ habet quod sit similis Patri, dicitur enim ‘Filius’ quasi sit sicut Pater, non sic autem de Spiritu Sancto. Et iterum ex<sup>495</sup> modo suae processionis habet Filius quod sit similis, quia /Br 288va/ procedit per modum naturae, quae est vis assimilativa, Spiritus 1075 autem<sup>496</sup> Sanctus per modum voluntatis, per quam non semper simile producitur, /Vb 305va/ sed quale et sicut placet voluntati.

Sed nec iste modus dicendi congruus est. Primo quidem in hoc quod ait quod Deus non dicitur<sup>497</sup> imago creature, imago namque<sup>498</sup> ab imitatione dicta est quasi<sup>499</sup> sit /Vn 178ra/ imitago<sup>500</sup>. Unde illud quod imitatur ab aliquo tamquam exemplar et illud quod imitatur ut 1080 exemplatum dici potest imago; et secundum hoc scriptura asserit hominem factum ad imaginem Dei, et Augustinus, *De fide ad Petrum*, cap. 2, asserit quod una est sanctae trinitatis essentialiter divinitas<sup>501</sup> et imago ad quam factus est homo. Secundo vero in eo quod ait nomen imaginis non convenire proprie Filio, cum expresse dicat /X 632b/ Augustinus, VI *De trinitate*, cap. 2, quod Verbum dicitur quo modo Imago, et quod est Imago Patris quemadmodum et Filius; constat 1085 autem<sup>502</sup> quod proprie dicitur Filius; igitur et Imago. Tertio quoque in hoc quod ait imaginem attendi penes essentialia quae sunt eadem; expresse quidem, VII *De trinitate*, cap. 4, asserit Augustinus quod eo dicitur Filius, quo Verbum et Imago; et Magister asserit quod eadem proprietate et notione dicitur Filius, Imago, et Verbum; unde patet quod non ratione essentiae est Imago, sed ratione suae proprietatis; unde res positae in esse obiectivo habent quod sint 1090 imagines ratione apparentiae, ut statim patebit. Quarto vero in hoc quod ait Spiritum Sanctum

<sup>482</sup> est om. Pa

<sup>483</sup> Opinio aliorum. Et ideo dixerunt . . . repreäsentandum om. Br Vn, cf. infra n. 505

<sup>484</sup> Deo] divinis Br Pa Vb Vn

<sup>485</sup> est om. Br

<sup>486</sup> nisi improprie] nomen proprie Pa

<sup>487</sup> non potest esse imago proprie om. Pa

<sup>488</sup> cuius iter. Pa

<sup>489</sup> personalium om. Bo Vb

<sup>490</sup> eas om. Pa

<sup>491</sup> quis] quid Br Pa

<sup>492</sup> sit] fit Vb

<sup>493</sup> locum om. Bo

<sup>494</sup> ex] et Bo

<sup>495</sup> ex] a Br

<sup>496</sup> autem iter. Vn

<sup>497</sup> dicitur] Deus Pa

<sup>498</sup> namque] autem Bo

<sup>499</sup> quasi iter. Br

<sup>500</sup> quasi sit imitago om. Bo

<sup>501</sup> essentialiter divinitas] deitas Bo

<sup>502</sup> autem om. Pa

dici posse imaginem, dicit enim Augustinus quod solus Filius est Imago quemadmodum et Filius; constat autem quod propriissime est Filius, ita quod Spiritus Sanctus nullo modo est Filius; ergo sic est Imago, quod<sup>503</sup> Spiritus Sanctus<sup>504</sup> nullatenus est Imago.<sup>505</sup>

1095 **Quid dicendum<sup>506</sup> secundum veritatem.** Restat igitur nunc<sup>507</sup> dicere quod videtur sub triplici propositione.

Prima quidem<sup>508</sup> quod ‘imago’ non accipitur in divinis secundum rationem generalem, qua similitudines corporales repraesentantes figuram animalium dicuntur imagines, nec etiam secundum quod filii dicuntur imagines aut parentum similitudines, sed secundum propriam rationem imaginis, quae reperitur in actibus cognitivis. Obiecta enim posita in esse apparenti dicuntur imagines, sicut apparet in speculis, nam perspectivus rimatur loca imaginum secundum situs in quibus rem visam necesse est apparere. Et secundum hanc rationem res posita in esse<sup>509</sup> apparenti apud sensum exteriorem seu interiore, vel intellectum, appellatur ‘imago’. Sicut ergo Filius in divinis non dicitur qualitercumque, sed Filius mentalis, qui Verbum est, sic nec Imago qualitercumque dicitur, sed Imago mentalis.

Secunda vero propositio est quod Filius non dicitur Imago ratione essentialium in quibus Patri assimilatur (vel potius identitatur), sed ratione proprietatis personalis. Non quidem spirationis activae, sed filiationis sive passivae locutionis, quemadmodum dicit Magister quod eo dicitur Verbum, quo Filius vel Imago. Est enim sciendum quod res posita in esse apparenti non est imago rei exterioris ratione absoluti sui, quia in hoc non est aliud a re extra, ut saepe dictum est – rosa enim quae lucet in mente non est alia a particularibus rosis existentibus in re extra. Est igitur<sup>510</sup> imago ratione esse apparentis, omne enim quod facit aliud apparere dicitur imago illius, dum tamen /Vb 305vb; Vn 178rb/ ad hoc ordinetur; et quia res posita in esse apparenti facit res quae sunt extra intellectui apparere, ratione<sup>511</sup> huius /Br 289ra/ apparentiae res in tali esse posita appellatur ‘imago’. Sic igitur patet quod Verbum ex ea proprietate qua Verbum est dicitur Imago.

Tertia quoque propositio est<sup>512</sup> quod licet Spiritus Sanctus in essentialibus omnibus<sup>513</sup> similis<sup>514</sup> sit Patri et Filio, non est tamen Imago, quia sua proprietas non est realis apparentia, non enim producitur ut apparentia, sed magis ut latio /X 633a/ seu amorphus impulsus. Unde 1120 sola illa quae ordinata sunt ad exhibendum aliud in esse praesenti et apparenti dicuntur imagines. Et ideo in humanis, filius est imago patris, et non e converso, quia natura ingeminavit quod pater salvetur in filio, et quasi repraesentetur in ipso. Spiritus autem Sanctus non emanat in tali esse praesenti, et ut faciat apparere, sed est potius impulsus quidam amorphus. Unde non potest dici<sup>515</sup> imago.

1125 Ex praedictis autem<sup>516</sup> colligi potest sufficientia nominum quae Filio appropriantur ratione sui modi proprii emanandi. Nam dicitur Proles, Partus Mentis, Conceptus, et Filius, pro eo quod de ratione emanationis suae est quod intra dicatur et concipiatur eo modo quo proles. Dicitur etiam Verbum, Declarativa Notitia, Splendor, et Lumen Paternae Glorie, eo quod emanat ut<sup>517</sup> notitia obiectiva, cuius est manifestare, quasi enim res in memoria sunt in abdito, quia<sup>518</sup> non

<sup>503</sup> quod] et Vn

<sup>504</sup> Sanctus om. Br Vb Vn

<sup>505</sup> Imago] Opinio aliorum. Et ideo dixerunt . . . repraesentandum add. Br Vn, cf. supra, n. 483

<sup>506</sup> dicendum] videtur Br

<sup>507</sup> nunc om. Br Vn

<sup>508</sup> quidem om. Br

<sup>509</sup> esse om. Br

<sup>510</sup> igitur] enim Br Vn

<sup>511</sup> ratione] omne Vn

<sup>512</sup> est om. Br

<sup>513</sup> omnibus om. Br Pa Vb Vn

<sup>514</sup> similis] similibus Pa

<sup>515</sup> dici] potest add. Br

<sup>516</sup> autem om. Br

<sup>517</sup> ut] in Bo

<sup>518</sup> quia iter. Br

1130 ponuntur in esse obiectivo; manifestare autem est proprietas luminis; procedit<sup>519</sup> ergo Filius tamquam<sup>520</sup> splendor. Dicitur quoque Imago, Speculum, Caracter, Figura, et Species, pro eo quod emanat in quadam esse apparenti, quo Pater sibi ipsi<sup>521</sup> apparet, ut dictum est. /Bo 196rb/ Dicitur etiam<sup>522</sup> Veritas, in quantum ponitur in esse obiectivo, et ex eadem ratione appellatur Sapientia et Ars Dei Patris. Et per idem potest patere de ceteris nominibus sibi appropriatis.

1135 **An ‘Verbum’ dicatur essentialiter vel personaliter. Opinio Durandi.** Secundo vero consuetum est dubitari de nomine Verbi, an essentialiter vel notionaliter in divinis dicatur. Circa quod dixerunt aliqui quod ‘Verbum’<sup>523</sup> de vi vocis et proprie essentiale aliquid dicit et non<sup>524</sup> personale, ex appropriatione tamen trahitur ad personale, sicut et sapientia. Et patet quidem primum, quia quod non importat aliquam realem emanationem activam vel passivam, sed tantum secundum rationem, non est aliquid personale, personalia namque ad emanationes pertinent; Verbum autem in divinis est huiusmodi, est enim ipse actus intelligendi; emanatio autem actus intelligendi ab intelligenti et verbi a dicente (quod idem est), non est<sup>525</sup> realis emanatio, sed tantum secundum rationem. Unde intelligere non est intellectionem producere<sup>526</sup>, sed intellectionem habere, nec dicere est<sup>527</sup> verbum producere, sed ipsum habere, sicut calere non est producere calorem<sup>528</sup>, sed habere ipsum formaliter inherenter. Ergo de vi vocis et proprie, ‘Verbum’ non dicit aliquid personale, sed potius essentiale, sicut amor et<sup>529</sup> intellectio. Secundum vero patet, quia nos devenimus in cognitionem divinorum ex creaturis. Et ideo sicut videmus in trinitate creata, quae attenditur secundum memoriam, intelligentiam, et voluntatem, et<sup>530</sup> primum procedens est actualis notitia, quae est verbum, secundum vero est amor, sic primae personae procedenti in divinis appropriamus nomen verbi, personae autem ultimo procedenti appropriamus /Pa 185rb; Vb 306ra/ nomen amoris, licet tam verbum /Br 289rb/ quam amor essentialiter dicantur. Nullus ergo debet imaginari quod Filius procedat<sup>531</sup> a Patre per actum intellectus, et ideo sit Verbum proprie, et Spiritus /X 633b/ Sanctus per actum voluntatis, qui est spirare, et ideo<sup>532</sup> sit Amor proprie<sup>533</sup>, quia, circumscriptis omnibus actibus intellectus et<sup>534</sup> voluntatis, adhuc essent in divinis generatio Filii et spiratio Spiritus Sancti, per actus<sup>535</sup> competentes naturae propter suam fecunditatem; sed talia nomina eis appropriantur propter illa, quae videmus in trinitate creata.

Sed hic modus dicendi evidenter deficit in tribus. Primo quidem in hoc quod dicit ‘Verbum’ de vi vocis dici essentialiter in divinis, sicut et ‘sapientia’, appropriate tamen personaliter dici de solo Filio. Omnia namque essentialia nomina, quantumcumque approprientur alicui personae, praedicantur tamen<sup>536</sup> de tribus personis, nec<sup>537</sup> umquam in scripturis vel a sanctis inveniuntur negari de tribus. Unde licet amor vel caritas approprietur Spiritui Sancto, legitur tamen quod Deus caritas est, prima Ioannis 4; et Augustinus, XV *De trinitate*, cap. 17, dicit quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus dicuntur simul omnes<sup>538</sup> una caritas<sup>539</sup>. Similiter etiam

<sup>519</sup> procedit] procedat Pa

<sup>520</sup> tamquam] tam Br

<sup>521</sup> ipsi om. Bo

<sup>522</sup> etiam] enim Pa

<sup>523</sup> quod Verbum om. Vn

<sup>524</sup> non] aliquid add. Br

<sup>525</sup> est om. Pa

<sup>526</sup> producere om. Pa

<sup>527</sup> est om. Pa; ] non Br

<sup>528</sup> calorem om. Br

<sup>529</sup> et om. Pa

<sup>530</sup> et om. Bo; ] quod Br

<sup>531</sup> procedat] procedit Br

<sup>532</sup> ideo] si add. Vn

<sup>533</sup> proprie] et add. Br

<sup>534</sup> et om. Pa

<sup>535</sup> actus] accidentis Bo

<sup>536</sup> tamen om. Pa

<sup>537</sup> nec] non Bo

<sup>538</sup> omnes om. Pa

quamvis approprietur sapientia Filio, numquam legimus ipsam negari de tribus, immo Augustinus, ubi supra, dicit quod Pater et<sup>540</sup> Filius et Spiritus Sanctus<sup>541</sup> sunt una sapientia. Sed doctores sancti sic<sup>542</sup> dicunt Verbum praedicari de Filio quod<sup>543</sup> omnino negant ipsum dici de aliis duobus; unde Augustinus, V *De trinitate*, cap. 2, dicit quod Verbum quidem solus Filius accipitur, non simul Pater et Filius tamquam ambo sint unum Verbum. Ergo manifestum est quod ‘Verbum’ de vi vocis non est essentiale ex aliqua similitudine appropriatum personae, immo nullo modo est essentiale. Et confirmatur, quia fallit regula omnium appropriatorum, secundum quam dicitur quod Filius est sapientia de sapientia, et tamen ambo una sapientia; et lumen de lumine, et<sup>544</sup> ambo unum lumen; et ars de arte, et ambo una ars. Et tamen non<sup>545</sup> dicitur Filius Verbum de Verbo, et ambo unum Verbum, VI *De trinitate*, cap. 2.

Praeterea, nullum essentiale propter appropriationem amittit naturam suam, nec aliae personae spoliantur eo propter hoc quod appropriatur<sup>546</sup> ad aliquam, alioquin tolleretur ab eis aliquid essentiale. Sed nomen Verbi tollitur a Patre et Spiritu Sancto secundum Augustinum, V *De trinitate*, cap. 16, qui dicit quod nec Verbum, nec Imago, nec Filius dicitur Pater; et XV *De trinitate*, cap. 16<sup>547</sup>, dicit quod in hac trinitate non dicitur Verbum Dei, nisi Filius; quod tamen esset erroneum, si Verbum de ratione sua esset essentiale. Ergo impossibile est istud ponи.

Secundo vero deficit in hoc quod ait /Vn 178va/ Verbum non<sup>548</sup> importare productionem passivam vel emanationem realem. Illud enim quod in suo significato relationem includit, de necessitate productionem importat, quia relationes originis sunt realiter idem cum productionibus ipsis, ut visum est supra. Sed Augustinus, VII *De trinitate*, cap. 4, dicit quod sicut Filius ad Patrem refertur, ita et<sup>549</sup> Verbum ad eum cuius est Verbum refertur. Et propterea non eo<sup>550</sup> Verbum quo sapientia, quia Verbum non ad se dicitur, sed tantum relative ad eum cuius est Verbum, sicut Filius ad Patrem. /Vb 306rb/ Ergo de necessitate in vocabulo Verbi importatur passiva productio et origo.

Praeterea, si Verbum /Br 289va/ non importaret originem plus quam sapientia, sequeretur quod Filius /X 634a/ esset Verbum non eo quo Filius, sed eo quo Deus, sicut est sapientia eo quo<sup>551</sup> Deus, non eo quo Filius. Sed hoc negat expresse Augustinus, VII *De trinitate*, cap. 4, ait enim quod eo Filius quo Verbum, et eo Verbum quo Filius; sapientia vero eo quo essentia; et ideo quia Pater et Filius una essentia sunt, et una sapientia. Et infra, cap. 5, dicit quod “Verbum secundum quod sapientia est et essentia, et hoc est quod Pater; secundum vero quod Verbum, non est hoc quod Pater, quia Verbum /Bo 196va/ non est Pater, sed relative dicitur, sicut Filius.” Haec Augustinus. Ergo impossibile est quod Verbum sit nomen essentiale, appropriatum tamen eo modo quo sapientia, et quin includat<sup>552</sup> productionem passivam et relationem originis plus quam includat<sup>553</sup> sapientia.

Tertio vero deficit in eo quod ait quod, circumscripto omni actu intellectus, adhuc Verbum procederet in divinis. Illud enim quod Pater se ipsum cogitando genuit, non gigneretur circumscripto omni actu intellectus, cum cogitatio pertineat ad actum intellectus. Sed Augustinus dicit<sup>554</sup>, *De cognitione verae vitae*, quod “summus Deus cum se ipsum talem, qualem est cogitavit, procul dubio similem sibi per omnia imaginem generavit”; et infra: “Deus

<sup>539</sup> charitas] esse add. Pa

<sup>540</sup> et om. Bo

<sup>541</sup> Sanctus om. Vn

<sup>542</sup> sic om. Bo

<sup>543</sup> quod om. Pa

<sup>544</sup> et] tamen add. Pa

<sup>545</sup> non] vero Vn

<sup>546</sup> appropriatur] appropriantur Br

<sup>547</sup> qui dicit . . . 16 om. Vn

<sup>548</sup> non om. Vn

<sup>549</sup> et om. Pa

<sup>550</sup> eo om. Pa

<sup>551</sup> quo] quod Pa

<sup>552</sup> includat] includit Pa

<sup>553</sup> includat] includet Br

<sup>554</sup> Sed Augustinus dicit] dicit Augustinus Bo

1205 Verbum suum genuit, cum se ipsum cogitando dixit, et quia totam mundi formam eadem cogitatione creavit, ideo dicitur quod omnia in Verbo suo fecerit"; et infra: "cum nos aliquam rem cogitamus, ipsius rei imaginem in nostra cogitatione formamus<sup>555</sup>, sic Deus, cum se ipsum cogitavit, similem sui<sup>556</sup> per omnia imaginem formavit, et hoc dicitur Verbum Dei"; et infra: "summus Pater Verbum suum se ipsum cogitando genuit, quod in Patris et Spiritus Sancti 1210 essentia simul coessentialis subsistit." Haec Augustinus. Ex quibus evidenter concluditur quod, substracto omni actu ad intellectum pertinente<sup>557</sup>, non emanaret Filius in divinis.

**Opinio Thomae, parte prima, q. 34, art. 1, licet oppositum dicat in Scripto.** Propterea dixerunt alii quod 'Verbum' proprie acceptum dicitur personaliter, quia conceptus cordis de ratione sua habet quod ab alio procedat, scilicet<sup>558</sup> a notitia concipientis; et ideo nomen Verbi, secundum quod proprie in divinis dicitur, significat aliquid ab alio procedens, quod pertinet ad rationem nominum personalium, eo quod personae divinae secundum originem distinguuntur. Unde oportet quod nomen Verbi secundum quod proprie in divinis accipitur, non sumatur essentialiter, sed personaliter tantum.

1220 Dixerunt tamen alibi oppositum huius dicti, scilicet quod Verbum est<sup>559</sup> similitudo rei intellectae, prout est concepta in intellectu ordinata ad manifestationem sui vel alterius. Ista autem similitudo vel species potest accipi in Deo duplicitate. Quia<sup>560</sup> vel secundum quod est illud quo formaliter aliquid intelligitur in divinis, et sic est essentia divina; et sic verbum et illud cuius est verbum non differunt nisi secundum solam rationem. Alio modo, prout illa species vel similitudo rei intellectae est aliquid distinctum /Br 289vb/ realiter ab eo cuius similitudinem gerit; et sic persona Filii proprie<sup>561</sup> dicitur Verbum. Non tamen propter hoc est nisi /X 634b/ unum Verbum in divinis, quia persona non distinguitur ab essentia.

Sed nec iste modus dicendi competens est quantum ad ultimum dictum, quia species vel similitudo quae est ratio intelligendi<sup>562</sup> /Vb 306va/ nullo modo dicitur verbum. Tum /Pa 185va/ quia<sup>563</sup> in nomine verbi importatur relatio<sup>564</sup> ad dicentem, ut statim dictum est. Tum quia de ratione verbi est quod sit proles mentis et partus, secundum Augustinum, IX *De trinitate*, cap. 22, et similiter quod nascatur<sup>565</sup> et cognatur de sola scientia, secundum eundem, XV *De trinitate*, cap. 15, qui dicit quod verbum nostrum de sola scientia nostra nascitur; et infra verbum verum<sup>566</sup> non est nisi quod<sup>567</sup> de re quae scitur cognitur; et ubique hoc innuit 1235 Augustinus. Unde patet quod similitudo vel species non habet rationem verbi.

**Opinio aliorum.** Quapropter dixerunt alii quod Verbum et est essentiale et est notionale, secundum quod est duplex notitia. Est enim quaedam notitia<sup>568</sup> realiter producta et emanans a memoria, et haec dicitur Verbum reale et est persona Filii; quaedam vero<sup>569</sup> est secundum rationem emanans a memoria, et haec est intellectio seu notitia essentialis, quia secundum rationem intelligendi divinum intelligere procedit a potentia intellectiva, et talis notitia est verbum secundum rationem, et sic verbum essentialiter<sup>570</sup> dicitur. Unde est unum Verbum

<sup>555</sup> formamus] et add. Br

<sup>556</sup> sui] sibi Bo

<sup>557</sup> pertinente] pertinentem Bo

<sup>558</sup> procedat scilicet] procedet scilicet quod Br

<sup>559</sup> est iter. Vn

<sup>560</sup> Quia om. Br

<sup>561</sup> proprie om. Br Vn

<sup>562</sup> ratio intelligendi] res Bo

<sup>563</sup> quia om. Pa

<sup>564</sup> relatio] ratio Pa Vb Vn

<sup>565</sup> quod nascatur] cognoscatur Bo; nascatur] nascitur Pa

<sup>566</sup> verum] verbi Br Pa Vb Vn

<sup>567</sup> quod om. Vn

<sup>568</sup> Est enim quaedam notitia om. Vb

<sup>569</sup> Filii; quaedam vero] Verbi quaedam enim Bo

<sup>570</sup> essentialiter] essentiale Bo

secundum rem, et illud est personale, et est verbum secundum rationem procedens<sup>571</sup>, et illud est essentiale.

1245 Sed nec iste modus conveniens est in duobus.

Primo namque deficit in motivo, quia imaginatur quod in divinis sit ratio intellectus potentiae, et<sup>572</sup> quod intellectio actualis secundum rationem eliciatur ab intellectu<sup>573</sup>. Hoc autem falsum ostendetur inferius, ubi declarabitur quod in Deo non est nisi intelligere actus omnino inelicitus secundum rationem, et mere subsistens. Unde non est ibi<sup>574</sup> ratio intellectivae potentiae.

1250 Secundo vero deficit in hoc quod ponit Verbum secundum rationem /Vn 178vb/ et essentiale. Oppositum enim<sup>575</sup> huius dicit Augustinus, XV *De trinitate*, cap. 16, ait enim quod non est<sup>576</sup> Verbum in divinis nisi Filius; et contra perfidiam Arrianorum dicit quod solus Filius Verbum est in divinis. Et Anselmus, *Monologion* 62, ait quod impossibile est in summa essentia Verbum aliud esse praeter id quod nascitur ut *Imago* et vere Filius Dei<sup>577</sup>. Similiter et Richardus, VI *De trinitate*, cap. 12, dicit quod unus solus in trinitate dicitur Verbum Dei, scilicet solus Filius.

Praeterea, nullus distinguit in divinis duplum Filium, unum reale et alterum rationis. Sed idem est iudicium de Verbo et de Filio, quia /Bo 196vb/ eadem notione est Verbum quo Filius, et Filius quo /Br 290ra/ Verbum, secundum Augustinum et Magistrum in littera. Ergo incompetenter distinguitur duplex Verbum, reale et rationis, essentiale et personale.

1265 **Opinio Scoti, Scripto I, distinctione praesenti.** Quocirca dixerunt alii quod ‘Verbum’ est tantummodo personale in Deo, quia concretum et abstractum significant idem per se, licet sub alio modo significandi, sicut Filius<sup>578</sup> et filiatio. Abstractum autem verbi potest dici ‘verbatio’, quae non est aliud quam passiva expressio alicuius de intellectu. Unde importat notitiam actualem cuius est talis expressio /X 635a/ per modum connotati, et quoniam in divinis actualiter exprimi per modum notitiae<sup>579</sup> subsistentis, competit soli personae secundae in divinis. Ideo Verbum est mere personale et proprietatem personalem significat; quamvis autem intellectio actualis Patris sit quasi genita virtute memoriae ut in Patre, non tamen est vere genita, quia non distincta realiter, et ideo non est Verbum.

Sed nec iste modus dicendi videtur congruus in duobus.

1270 Primo quidem in eo quod ait Verbum significare /Vb 306vb/ notitiam genitam vel expressam<sup>580</sup>, ostensum est enim supra quod Verbum non emanat ut intellectio actualis, sed ut notitia obiectiva.

Secundo vero in eo quod ait intellectiō Patris esse quasi genitam virtute memoriae ut in Patre, secundum hoc enim habuerunt concedere consequenter quod haberet rationem Verbi, saltem secundum rationem; sicut enim se habet notitia realiter genita et realiter a gignente distincta ad esse verbum reale, sic notitia secundum<sup>581</sup> rationem genita et a gignente secundum rationem distincta ad esse verbum rationis. Sed illa notitia sic realiter genita est verbum reale secundum eos. Ergo notitia secundum rationem genita et distincta ratione a memoria ut in Patre, erit Verbum secundum rationem<sup>582</sup>, et ita duplex verbum, quod impugnatum est in praecedenti opinione.

<sup>571</sup> procedens] praecedens Bo

<sup>572</sup> et] id Bo

<sup>573</sup> ab intellectu om. Pa

<sup>574</sup> ibi] nisi add. Pa

<sup>575</sup> enim] est Bo Pa

<sup>576</sup> est om. Pa

<sup>577</sup> Dei] dicitur Bo

<sup>578</sup> Filius om. Pa

<sup>579</sup> notitiae om. Vb

<sup>580</sup> vel expressam] et expressam unde Vb

<sup>581</sup> secundum] per Br

<sup>582</sup> genita et distincta . . . rationem om. Pa

1285 **Quid dicendum secundum veritatem.** Restat igitur nunc dicere quod videtur. Unde omnino concedendum est quod Verbum dicitur personaliter, et nullo modo essentialiter, sicut et nomen Filii vel Imaginis. Cuius ratio est quia Verbum non est aliud in divinis quam Deus positus in esse conspicuo, obiectivo, et apparenti. Sed manifestum est quod nihil habet tale esse nisi solus Filius in divinis, nec realiter nec secundum rationem. Realiter quidem non, quia non Pater, nec 1290 Spiritus Sanctus, cum Pater subsistat per modum dicentis et apparentiam realiter inferentis; nec Spiritus Sanctus, cum subsistat per modum lati et dati ex<sup>583</sup> vi amoris; nec etiam essentia cum abstrahat quantum est ex se ab omni modo subsistendi, nec appropriet sibi aliquam ex tribus, sed omnibus indistinguibiliter adunetur<sup>584</sup>.

Nec iterum secundum rationem habet in divinis aliquid esse tale, quia /Br 290rb/ tunc<sup>585</sup> apparentia illa esset intentionalis et deminuta, et egeret divinus intellectus aliquo deminuto, quia praesentia et apparentia huiusmodi, sine qua non intelligeret, quod esset taliter apparens et praesens. Ergo necesse est quod non sit aliquod Verbum aliud a Filio in divinis, nec reale nec rationis.

Et si dicatur quod Pater est praesens<sup>586</sup> sibi ipsi, et Spiritus Sanctus apparet sibi ipsi, et<sup>587</sup> 1300 similiter essentia apparet omnibus tribus, dicendum quod Pater ut apparens sibi ipsi duo importat, scilicet apparentiam et id ipsum quod est, videlicet essentiam. Essentia autem ut apparens Verbum est et Filius, quoniam talis apparentia non est fictitia, sed aliquid reale in Deo; unde Pater, ut constituit se ipsum /X 635b/ sibi praesentem aut apparentem<sup>588</sup>, necessario gignit Verbum, et distinguitur ipse ut apparens a se ipso personaliter, quamvis omnino essentialiter sit idem.

Sed forte dicetur<sup>589</sup> quod Pater ponit suam personalitatem et suam proprietatem personalem in esse apparenti, cum sua personalitas sibi ipsi sit praesens et intelligatur ab eo, et ita Verbum erit Patris personalitas et proprietas ut apparens. Unde posset sic argui: omne quod ponitur in divinis in esse apparenti est Verbum; personalitas Patris et sua paternitas ponitur in esse 1310 apparenti, cum intelligatur; ergo erit Verbum. Dicendum quod contradictio est personalitatem Patris poni in esse apparenti et quod<sup>590</sup> remaneat personalitas, quoniam esse apparens est modus intrinsecus subsistendi; /Pa 185vb/ unde id quod apparet et sua apparentia sunt invicem<sup>591</sup> indistincta<sup>592</sup>, et ideo constituunt suppositum. Similiter etiam impossibile est<sup>593</sup> quod dicere ponatur<sup>594</sup> in esse apparenti sive paternitas et quod remaneat id ipsum<sup>595</sup>, cum dicere et dici sint 1315 /Vb 307ra/ opposita; apparere autem non est aliud quam alicui dici. Unde regula generalis est quod omne positum in esse apparenti remanet illud idem quod erat sine esse apparenti<sup>596</sup>, nisi sit oppositio inter esse apparens et ipsum. Et est simile ad hoc de lapide existente extra et suo existere, ambo enim apparent intellectui consideranti quod res est extra<sup>597</sup>; lapis igitur et suum existere extra sic<sup>598</sup> capiunt esse apparens /Vn 179ra/ quod istud in mente apparens est vere 1320 lapis qui est extra; non tamen est ipsum esse extra, quia opponuntur esse apparens et esse extra, nec unum<sup>599</sup> est aliud.

<sup>583</sup> ex] per Pa

<sup>584</sup> adunetur] adunatur Bo

<sup>585</sup> quia tunc om. Pa

<sup>586</sup> praesens om. Bo

<sup>587</sup> et om. Br

<sup>588</sup> aut apparentem om. Pa

<sup>589</sup> Sed forte dicetur] Et si dicatur ulterius Bo

<sup>590</sup> quod om. Vn

<sup>591</sup> invicem] ad invicem Pa

<sup>592</sup> indistincta] distincta Bo

<sup>593</sup> est om. Vn

<sup>594</sup> ponatur ] ponitur Vn

<sup>595</sup> et quod remaneat id ipsum om. Bo

<sup>596</sup> remanet illud . . . apparenti om. Br

<sup>597</sup> extra] et add. Pa

<sup>598</sup> sic] sicut Pa

<sup>599</sup> unum] verum Pa

Cum igitur arguitur quod omne positum in esse apparenti in divinis est Verbum, verum est, nisi esse apparens illi opponatur, nam si opponitur sibi esse<sup>600</sup> apparens, non est idem cum ipso quod /Bo 197ra/ sic ponitur apparere. Et cum additur quod personalitas Patris et sua proprietas, 1325 quae est dicere vel generare, ponuntur in esse apparenti, utique verum est; sed poni eorum /Br 290va/ in esse apparenti sive eorum apparentia non est id ipsum quod generare aut personalitas, immo<sup>601</sup> oppositum; et ideo non infertur quod personalitas Patris sit<sup>602</sup> Verbum. Unde procedit haec instantia ex falsa imaginatione, quasi omne<sup>603</sup> positum in esse apparenti sit id ipsum cum eo quod est in se; hoc autem verum est in omni alio quam in illo quod opponitur ipsi esse 1330 apparenti. Et ideo cum Pater se ipsum ponit in huiusmodi esse, ipse sic positus idem est cum ponente, praeterquam in ponere et poni, quae ad invicem opponuntur.

**An ‘dicere’ sumatur essentialiter vel notionaliter in divinis. Opinio Durandi.** Tertio vero consuetum est dubitari de ipso dicere, an sumatur essentialiter vel personaliter in divinis. Et 1335 dixerunt aliqui quod dicere est actus essentialis et nullo modo personalis, est enim communis tribus, quia Pater dicit se et alios duos, et similiter Filius. Unde non est aliud dicere quam intelligere et intueri. Pro hac autem opinione videtur dictum Anselmi, *Monologion*, 62 cap., ubi dicit quod certissimum est quod singulus quisque in divinis est dicens, et unusquisque se ipsum et alios<sup>604</sup> duos dicit; nihil enim aliud est summo spiritui huiusmodi dicere quam /X 636a/ quasi 1340 cogitando intueri, sicut nostrae mentis locutio non est aliud quam cogitantis inspectio.

Sed hic modus dicendi omnino impossibilis est<sup>605</sup>, quia probatum est supra ex dictis Augustini quod unum solum est Verbum in divinis. Certum est autem quod dicens refertur ad dictum et verbum, omne enim dicens aliquod<sup>606</sup> verbum dicit. Ergo impossibile est<sup>607</sup> quod sit aliis<sup>608</sup> dicens quam Pater in divinis. Et confirmatur, quia Augustinus, XV *De trinitate*, cap. 14, 1345 dicit quod tamquam se ipsum dicens, Pater genuit Verbum sibi aequale per omnia, non enim se ipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut<sup>609</sup> amplius esset<sup>610</sup> in eius Verbo quam in ipso; et cap. 17 subdit quod sicut in trinitate non dicitur Verbum<sup>611</sup> Dei nisi Filius, sic nec de quo est genitum Verbum nisi Pater; et VII *De trinitate*, cap. 1, ait quod dicens illo coaeterno Verbo, non singulus intelligitur in divinis, et ibi determinat quod non ita est sapiens quo modo 1350 dicens. Unde manifestum est quod dicere est actus productivus et personalis.

**Opinio Scoti et aliorum quorumdam.** Propterea<sup>612</sup> dixerunt alii quod sicut Verbum non sumitur nisi personaliter, ita quod solus Filius est Verbum, ita nec dicere<sup>613</sup> sumitur nisi notionaliter<sup>614</sup> /Vb 307rb/ et competit soli Patri. Sed contra istum modum dicendi est auctoritas 1355 Anselmi superius allegata, quae dicit<sup>615</sup> quod quaelibet persona in divinis est dicens se ipsam et alias duas.

**Quid dicendum secundum veritatem.** Restat /Br 290vb/ igitur nunc dicere quod videtur. Unde sciendum est<sup>616</sup> quod ‘dicere’ est aequivocum. Quandoque enim sumitur pro ‘exprimere et

<sup>600</sup> esse] omne Vn

<sup>601</sup> immo] primo Bo Pa

<sup>602</sup> sit] et Bo

<sup>603</sup> omne om. Bo; ] esse Vb; ] id quod est Br

<sup>604</sup> alio] aliquos Pa

<sup>605</sup> est om. Vn

<sup>606</sup> aliquod] aliud Pa

<sup>607</sup> est om. Br

<sup>608</sup> alias] aliud Bo

<sup>609</sup> aut] vel Pa

<sup>610</sup> esset iter. Pa

<sup>611</sup> Verbum iter. Br

<sup>612</sup> Propterea] Praeterea Br

<sup>613</sup> dicere om. Bo

<sup>614</sup> notionaliter] nominaliter Bo

<sup>615</sup> sed contra . . . dicit om. Bo

<sup>616</sup> est om. Br Pa Vb Vn

1360 formare Verbum', et sic est notionale et convenit soli Patri; quandoque vero pro 'recipere Verbum et intueri seu intelligere', et sic est<sup>617</sup> commune tribus, quia<sup>618</sup> singulus<sup>619</sup> trium Verbum<sup>620</sup> recipit obiective, et intuetur ac intelligit. Et secundum hoc loquitur Anselmus quod quilibet trium dicit se ipsum et alios duos, hoc est intelligit et intuetur, ut<sup>621</sup> ipsem<sup>622</sup> exponit, dicens quod non est aliud summo spiritui dicere quam cogitando intueri. Ratio<sup>623</sup> vero quod 1365 'dicere' sumatur aequivoce, et non 'Verbum', haec est quia difficile est distinguere in actu intellectus<sup>624</sup> dicere ab intelligere. In quantum enim virtute ipsius activa res appetit passive, appellatur 'dicere' sive 'loqui active'; prout autem sibi<sup>625</sup> fit apparitio, dicitur 'intelligere'. Et ratione huius propinquitatis aliquando<sup>626</sup> sumitur 'dicere' pro 'intelligere' et 'intueri'. Non est autem ita de Verbo, quoniam statim patet quod est aliquid productum, et per consequens 1370 pertinens ad personam. Est tamen sciendum quod 'dicere' aliquando sumitur pro 'manifestare', eo modo quo Deus dicitur "loqui" rationali creaturae ipsam illustrando, sicut locutus est in prophetis; et sic sumitur essentialiter. Sed non loquitur<sup>627</sup> hic de ipso<sup>628</sup> dicere nisi ut est ad intra. /X 636b/

1375 **An Verbum importet<sup>629</sup> speciale respectum ad<sup>630</sup> creaturam, quem personae aliae non importent<sup>631</sup>.** Opinio Thomae, parte prima, q. 34, art. 4, in solutione argumenti primi, et Garri. Quarto quoque consuetum est dubitari de Verbo, an respectum importet<sup>632</sup> ad creaturam ex sua proprietate personali. Et voluerunt aliqui dicere quod non, sed tantum ratione essentiae, quae includitur in significato personae; sicut enim proprium est Filii quod sit genitus, sic 1380 proprium est eius<sup>633</sup> quod sit genitus creator et genitus Deus; unde<sup>634</sup> nihil prohibet quod ratione essentiae<sup>635</sup> respectum importet ad creaturam.

Hanc autem opinionem confirmaverunt aliqui multipliciter. Primo quidem, quia Verbum non habet respectum ad creaturam nisi vel ratione scientiae vel ratione<sup>636</sup> idearum speculativarum et practicarum<sup>637</sup>. Haec autem omnia ratione essentiae sunt aequaliter in qualibet persona, nisi 1385 quod in una est ex se, in alia vero quia producta<sup>638</sup> ab /Vn 179rb/ altera; nihilominus propter hoc non<sup>639</sup> variatur respectus, sicut si una imago ab uno speculo reflecteretur in aliud, /Bo 197rb/ eundem respectum repraesentativum haberet imago in tertio ad rem repraesentatam, quem haberet<sup>640</sup> in primo.

Secundo vero, quia Anselmus dicit, /Pa 186ra/ *Monologion* 35, quod, quia Verbum simile est Patri, consequitur<sup>641</sup> necessario ut /Br 291ra/ omnia quae sunt in illo, eadem et eodem modo

<sup>617</sup> est om. Pa

<sup>618</sup> quia] et Pa

<sup>619</sup> singulus] est add. Vn

<sup>620</sup> verbum om. Bo

<sup>621</sup> ut] et Bo

<sup>622</sup> ipsem] se add. Br Vb

<sup>623</sup> Ratio] ideo Bo

<sup>624</sup> intellectus om. Pa

<sup>625</sup> sibi om. Pa

<sup>626</sup> aliquando] aliunde Bo

<sup>627</sup> loquitur] loquimur Bo Br Pa

<sup>628</sup> ipso om. Pa

<sup>629</sup> importet] importat Br

<sup>630</sup> ad] ac Bo

<sup>631</sup> importent] important Br Pa Vn

<sup>632</sup> importent] important Br

<sup>633</sup> eius om. Br Pa Vb Vn

<sup>634</sup> unde] quod Bo

<sup>635</sup> quod ratione essentiae om. Bo

<sup>636</sup> scientiae vel ratione om. Vn

<sup>637</sup> et practicarum om. Pa

<sup>638</sup> producta] improducta Vn

<sup>639</sup> non om. Bo

<sup>640</sup> quem haberet] quem habere Bo

<sup>641</sup> consequitur] quod sequitur Bo

sint in Verbo eius; et concludit quod quemadmodum sunt in Verbo eius omnia<sup>642</sup> via et veritas, ita sunt in scientia Patris. Et cap. 38 dicit quod “certum est unicuique personarum sigillatim, et utrisque<sup>643</sup> simul, inesse<sup>644</sup> quicquid sunt in essentia, et quicquid sunt ad creaturam, ut in eo quod<sup>645</sup> sunt substantialiter, vel quod<sup>646</sup> sunt ad creaturam semper individuam teneant unitatem<sup>647</sup>; et subdit quod non sunt duo in aliquo quod significet<sup>648</sup> essentiam aut habitudinem ad creaturam. Ex quibus concluditur quod nullus respectus est in Verbo ad creaturam, /Vb 307va/ qui<sup>649</sup> non sit<sup>650</sup> communis ceteris personis.

Tertio vero idem patet quia proprietas relativa<sup>651</sup> non videtur fundamentum alicuius respectus ad creaturam, nec creaturae dependent a proprietate aliqua personali; et per<sup>652</sup> consequens Verbum non habet ratione proprietatis quod importet<sup>653</sup> respectum ad creaturam, sed ratione essentiae quae communis est tribus. Dixerunt tamen isti quod respectus communis tribus personis appropriatur Filio ratione declarationis, nam aliae personae non habent sic declarare.

Sed hic modus dicendi stare non potest, quin Verbum per suam propriam<sup>654</sup> rationem singulari modo connotet<sup>655</sup> creaturam, quo modo nec essentia connotat nec alia persona. Cui enim competit singulariter notare aliquid in obliquo, quod alteri non competit, illud secundum propriam rationem connotat id quod dat intelligi in obliquo. Sed manifestum est quod Verbum creaturam dat intelligi in<sup>656</sup> obliquo, non enim Spiritus est Spiritus essentiae et creaturae, Verbum autem dicitur Verbum essentiae et omnis creaturae. Proprie etiam dicitur quod creaturae dicuntur Verbo, et nullus dicit quod dicantur Patre vel Spiritu Sancto. Ergo /X 637a/ secundum suam propriam rationem Verbum connotat<sup>657</sup> creaturas.

Praeterea, omnis respectus qui debetur Verbo ratione essentiae aequ<sup>658</sup> importatur per Filium sicut per Verbum, et eodem modo per rationem vel per quodcumque vocabulum exprimens personam Filii. Sed Augustinus dicit, 83 *quaestionum*, q. 63, exponens illud “in principio erat Verbum” quod “hoc loco ‘verbum’ melius interpretamur<sup>659</sup>, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa quae per Verbum facta sunt operativa potentia.” Ergo Verbum per suam propriam rationem connotat creaturas.

Praeterea, illud quod secundum suam propriam rationem non intelligitur sine aliquo, videtur illud connotare. Sed Verbum semper intelligitur ut alicius Verbum, utpote creaturae vel alterius. Unde Augustinus, VII<sup>660</sup> *De trinitate*, cap. 3, dicit quod sicut Verbum quod nos proferimus se ipsum ostendit et illud de quo loquimur, sic Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, ostendit Patrem sicuti<sup>661</sup> est; et eadem ratione possumus dicere quod ostendat omnia. Ergo de ratione Verbi est ut connotet omnia dicta et per ipsum verbata, ut ita liceat loqui.

Nec valent /Br 291rb/ motiva. Primum siquidem non, quia non est verum quod Verbum connotet creaturam ratione scientiae, vel per modum ideae per suam proprietatem, hoc enim est commune tribus; sed connotat eam per modum expressi vel eius de quo formatur, quia de omni

<sup>642</sup> omnia] nam Vn

<sup>643</sup> utrisque] utriusque Bo Pa; ] utrique Br

<sup>644</sup> inesse] in omne Bo

<sup>645</sup> quod] quae Bo

<sup>646</sup> quod] quae Bo

<sup>647</sup> unitatem] bonitatem Bo

<sup>648</sup> significet] significat Br

<sup>649</sup> qui] quae Bo Br Pa

<sup>650</sup> sit om. Pa

<sup>651</sup> relativa] realis activa Bo

<sup>652</sup> et per om. Bo

<sup>653</sup> importet] importat Br

<sup>654</sup> propriam om. Br

<sup>655</sup> connotet] cognoscet Bo

<sup>656</sup> in om. Bo

<sup>657</sup> connotat] connotet Br

<sup>658</sup> aequ] nam Bo

<sup>659</sup> interpretamur] interpretantur Pa; ] quam rationem add. Br Pa Vb Vn

<sup>660</sup> VII] VI Br

<sup>661</sup> sicuti] sic sicut Bo

creatura formatur. Unde apparentia realis quae est Verbi proprietas non solum connotat id cui fit, immo et illud cuius est<sup>662</sup> talis apparentia, sicut ex terminis patet.

Nec valet secundum, quia creatureae<sup>663</sup> non sunt vita in Verbo per personalem proprietatem, sed per intellectuonem essentiale, ut inferius apparebit<sup>664</sup>. Quod autem Anselmus dicit omnem habitudinem ad creaturam esse communem<sup>665</sup> tribus personis, intelligit de illis quae perfectionem arguunt, ut conservator, creator, finis, et huiusmodi, non autem de Verbo sive apparentia declarativa, quae perfectionem non dicit.

Nec etiam valet tertium: tum quia non est inconveniens quod super relationem fundetur respectus alius<sup>666</sup> rationis; tum quia absque respectu alio, proprietas Verbi immediate connotat creaturas. Nec propter hoc a proprietate relativa dependebunt creatureae secundum aliquod genus causae, sed solum denominabuntur, quasi locutae vel dictae.

**Opinio aliorum. /Vb 307vb/** Propterea dixerunt alii quod Verbum, ex sua propria ratione, importat respectum ad creaturas; in quantum quidem est principium speculandi, importat habitudinem ad essentias absolute, in quantum vero est practicum et<sup>667</sup> principium operandi<sup>668</sup> (includens amorem et actum voluntatis determinantis ad opus), respectum dicit ad existentias creaturearum. Ista autem relationes non sunt reales, sed rationis.

Sed iste modus dicendi stare non potest. Tum quia circumscripito omni actu intellectus non manet aliqua relatio rationis; Verbum autem secundum **/X 637b/** suam totam rationem manet in Deo, nullo intellectu ipsum considerante; non ergo in sua ratione claudit aliquem respectum rationis. Tum quia proprietas Verbi est constitutiva<sup>669</sup> in esse personali, nullum autem ens rationis intrat constitutionem personae divinae, cum realissima sit. Tum quia si respectus huiusmodi ad creaturam includeretur in constitutivo personae, **/Bo 197va/** persona dependeret ab intellectu et ad creaturam, quod omnino absonum est.

**Opinio aliorum.** Quocirca dixerunt alii quod respectus ad creaturam non includitur infra proprietatem Verbi, sed tamen est aliquid consequens. Intellectus enim, ex modo proprio emanationis Verbi, fundat respectum rationis in Verbo ad creaturam, et ita non habet Verbum respectum actualem ad creaturam, sed aptitudinalem tantum.

Sed hoc nihil est dictu, quia vel ista aptitudo dicit respectum reale, aut rationis, aut nullum. **/Br 291va; Vn 179va/** Non reale, quia persona divina ad creaturam realiter non refertur; nec rationis propter ea quae dicta sunt. Ergo nullum respectum dicit ad creaturam. Et<sup>670</sup> tamen declaratum est supra quod Verbum ex sua propria ratione, circumscripito omni opere intellectus, connotat verbatum et dictum.

Praeterea, aut talis respectus aptitudinalis dicit respectum importatum per aptitudinem esse in actu, aut esse in potentia. Sed non potest dicere illum<sup>671</sup> in potentia, quasi Verbum sit in potentia ad talem aptitudinem, quia tunc quaereretur de respectu potentiae, utrum sit in actu vel in potentia, et procederetur in infinitum. Nec potest dici quod aptitudo sit respectus in actu, cum non possit esse<sup>672</sup> realis aut rationis, ut dictum est. Ergo impossibile est<sup>673</sup> quod talis aptitudinalis respectus includatur in Verbo.

<sup>662</sup> est] fit Bo

<sup>663</sup> creatureae om. Vn

<sup>664</sup> apparebit] patebit Pa

<sup>665</sup> communem] esse add. Bo

<sup>666</sup> alius] alicuius Pa

<sup>667</sup> et] est Vb

<sup>668</sup> operandi om. Pa

<sup>669</sup> constitutiva] constitutum Br

<sup>670</sup> et] quod Bo

<sup>671</sup> illum] illam Br

<sup>672</sup> esse om. Br

<sup>673</sup> est om. Br

**Opinio Scoti.** Quapropter dixerunt alii primo quidem quod Verbum in sua quidativa ratione non includit respectum ad creaturam, respectus enim Verbi ad dicentem, qui est passiva locutio, et respectus eiusdem ad creaturam non faciunt unum per se, cum primus realis sit et secundus rationis; proprietas autem constitutiva Verbi est aliquid unum per se, et reale; /Pa 186rb/ non igitur respectus ad creaturam erit de quiditate illius. Secundo vero dixerunt quod proprietas Verbi connotat huiusmodi respectum ad creaturam. Tertio quoque quod illud connotat non immediate ratione sui, sed ratione notitiae genitae; locutio namque passiva connotat notitiam, notitia vero omnem creaturam quae declaratur per eam, et per consequens Verbum connotat respectum ad creaturam.

Sed nec iste modus conveniens est quoad duo. Primo quidem in<sup>674</sup> hoc quod ait quod Verbum connotat respectum ad creaturam, quod non est verum, immo immediate connotat ipsam creaturam. Illud enim immediate connotat quod immediate dat /Vb 308ra/ intelligi<sup>675</sup> in obliquo. Sed Verbum immediate dat intelligi creaturam, et non respectum ad eam, dicitur enim Verbum creaturarum et non Verbum respectuum ad creaturas. Unde et Pater<sup>676</sup> Verbo suo coaeterno dicit creaturas et non respectus ad creaturas. Ergo Verbum immediate connotat creaturas, et<sup>677</sup> non respectum ad creaturas<sup>678</sup>. /X 638a/

Praeterea, sicut se habet divina essentia in quantum exemplar ad creaturas prout sunt exemplatae, sic se habet Filius in quantum Verbum ad creaturas in quantum sunt dictae et prolocutae a Patre. Sed divina essentia in quantum exemplar immediate ponit creaturas in esse exemplato, non mediante respectu aliquo rationis, etiam secundum istos. Ergo Pater Verbo suo ponet<sup>679</sup> creaturas in esse prolocuto immediate sine respectu rationis<sup>680</sup>. Unde non indiget Pater ad hoc quod dicat Verbo suo coaeterno omnem creaturam aliquo ente rationis fabricato<sup>681</sup> ab intellectu; et per consequens Verbum immediate connotat creaturas, et non /Br 291vb/ respectum ad eas.

Secundo vero deficit in eo quod ait Verbum connotare respectum ad huiusmodi creaturas ratione notitiae, hoc enim verum non est, immo per proprietatem locutionis passivae, ut declaratum extitit contra primam opinionem. Et potest etiam declarari, quia notitia connotat creaturas in ratione cogniti, dicuntur enim creaturae a notitia notae, Verbum autem connotat<sup>682</sup> eas in ratione dicti, Verbo namque creaturae dicuntur, et sunt dictae ab aeterno a Patre. Non igitur Verbum connotat creaturas per rationem notitiae, sed potius ex ratione dictionis passivae.

**Quid dicendum secundum veritatem.** Restat igitur nunc<sup>683</sup> dicere quod<sup>684</sup> videtur sub triplici propositione.

Prima quidem quod proprietas Verbi non includit respectum rationis actualem aut aptitudinalem, nec respectum realem ad creaturam; nihilominus immediate connotat eam. Est enim sciendum quod passiva locutio, cum sit una proprietas simplex, connotat tres terminos in obliquo: unum quidem ut a quo est, scilicet dicens; aliud vero ut cui fit, scilicet capiens verbum; tertium quoque ut de quo fit, videlicet materiam de qua est sermo. Unde omne verbum ab aliquo profertur, et profertur alicui, et de aliquo profertur. Sic igitur non oportet ut passiva locutio induat respectum aliquem rationis secundum quem connotet creaturas (ut imaginabantur positores praedicti), sed est una simplex proprietas quae immediate connotat illa tria quae dicta sunt.

<sup>674</sup> in *om.* Bo

<sup>675</sup> intelligi] et add. Br

<sup>676</sup> Pater] erit (?) add. Br

<sup>677</sup> et *om.* Vb

<sup>678</sup> Ergo Verbum immediate . . . creaturas *om.* Pa

<sup>679</sup> ponet] ponit Bo

<sup>680</sup> respectu rationis] obligationis Bo

<sup>681</sup> fabricato] fabricata Bo

<sup>682</sup> connotat] connotet Pa

<sup>683</sup> nunc *om.* Br

<sup>684</sup> quod] quid Pa

1510 Secunda vero propositio est quod haec proprietas est<sup>685</sup> constitutiva personae divinae, nec propter hoc clauditur in eius constitutivo aliquod ens rationis, nec /Bo 197vb/ etiam creatura, cum non sit intrinseca locutioni, sed extrinsece<sup>686</sup> connotata; nec proprietas constitutiva est ens per accidens, quasi aggregans duos respectus; nec dependet in aliquo ab<sup>687</sup> intellectu nostro; nec ab ipsis creaturis, quia connotans a connotatis non dependet, sed e converso. Unde Deus, in quantum exemplar vel in quantum intelligens, connotat creaturas, nec<sup>688</sup> tamen dependet ab eis. Secundum hoc etiam patet quomodo Verbum connotat creaturas, sicut et ceterae personae in quantum intelligens vel exemplar sive<sup>689</sup> idea; nihilominus singulariter eas connotat in quantum Verbum; et ad hoc currit sanctorum intentio Verbo appropriantium quod exprimat creaturas.

1515 Tertia quoque propositio est quod non solum hoc modo connotat creaturas, immo Patrem /X 1520 638b/ et Spiritum /Vb 308rb/ Sanctum. Non enim<sup>690</sup> solum Pater dicit Verbum, immo de se et de<sup>691</sup> Spiritu Sancto et de omni creatura format Verbum; de essentia vero non dicitur proprius formari, nisi in quantum est in Patre. Unde Verbum est /Br 292ra/ paternae gloriae et paternae<sup>692</sup> essentiae, sed simpliciter non est Verbum essentiae<sup>693</sup>, sed potius est<sup>694</sup> essentia; et ob hoc passiva locutio, quae non est aliud quam apparitio obiectiva, connotat quidem terminum 1525 a quo est ut distinctum; et similiter terminum de quo est. Apparitio enim rei aliud est a re, propter quod rosa simpliciter quae appareat in mente non dicitur apparitio rosae simpliciter, sed rosarum quae sunt extra; non quidem realitatis earum, cum sit<sup>695</sup> /Vn 179vb/ illa realitas, sed earum prout sunt extra. Et eodem modo Verbum divinum non est apparitio divinae essentiae, cum sit essentia apparen, sed est apparitio Patris, et Spiritus Sancti, et omnium creaturarum.

1530 Ex quo patet quomodo Filius est apparitio personalitatis Patris et suae proprietatis, nec tamen est Pater<sup>696</sup> aut sua proprietas; et est apparitio omnis creaturae, nec est ipsae creaturae; non est autem apparitio essentiae, sed essentia ut apparen<sup>697</sup>.

Et in hoc tertius articulus terminetur.

### Responso

1535 **Ad primo<sup>698</sup> obiecta. Ad ea ergo quae superius primitus<sup>699</sup> inducuntur dicendum est.** Ad primum quidem quod temperantia posita in esse formato est illa quae definitur per qualitatem, et cetera quae ponuntur in definitione eius; anima etiam posita in esse formato est itidem et eadem substantia cum anima ponente; res etiam in tali esse obiectivo et conspicuo constituta est illa quae significatur per vocem. Non enim voces significant species rerum, aut intellectiones earum quae sunt in anima subiective. Sed nec res ipsas prout sunt extra, quia tunc nulla vox significaret nisi singulare. Significant ergo voces res ipsas prout sunt in anima obiective constitutae in quodam esse apparenti et praesenti actui cognitivo, et isti sunt conceptus mentis obiectivi. Secundum quod commentator Ammonius, super librum<sup>700</sup> *Periermenias*, exponit illud 1540 Philosophi voces sunt notae earum passionum quae sunt in anima, vocat enim (secundum eum<sup>701</sup>) Philosophus<sup>702</sup> ‘passiones’, non ‘motum appetitus sensitivi’, nec ‘ipsam

<sup>685</sup> est om. Vn

<sup>686</sup> extrinsece] extrinseca Pa

<sup>687</sup> ab om. Br

<sup>688</sup> nec] non Bo

<sup>689</sup> sive] vel Pa

<sup>690</sup> enim om. Pa

<sup>691</sup> de om. Bo Pa

<sup>692</sup> gloriae et paternae om. Vb

<sup>693</sup> simpliciter non est Verbum essentiae om. Pa

<sup>694</sup> est om. Pa

<sup>695</sup> cum sit iter. Vn

<sup>696</sup> Pater] persona Pa

<sup>697</sup> apparen] est add. Br

<sup>698</sup> primo om. Vb

<sup>699</sup> primitus om. Bo

<sup>700</sup> librum om. Vn

<sup>701</sup> eum om. Br

<sup>702</sup> Philosophus om. Pa

apprehensionem factam in intellectu a re', sed ipsam rem prout est in intellectu. Secundum hoc ergo patet quod auctoritates praedictae probant quod verbum sit res posita in esse apparenti.

Ad secundum dicendum quod res posita in esse formato<sup>703</sup> est illa quae manet in corde, et quae remanens in mente doctoris transit in mentem auditoris; unde illa auctoritas probat<sup>704</sup> intentum.

**Ad secundo obiecta. /Pa 186va/** Ad ea vero quae secundario inducuntur dicendum est. Ad primum quidem, quod non est verum de operatione immanente, quod per eam reale aliquid producatur, sed tantummodo secundum rationem. **/X 639a/**

Ad secundum dicendum quod actus intellectus **/Br 292rb/** non est intuitus transiens realiter super obiectum, sed tantum intentionaliter et obiective; et ideo sufficit quod res ponantur praesentes in tali esse apparenti<sup>705</sup>. Nec<sup>706</sup> aliquo modo requiritur forma aliqua specularis realis, quae terminet intuitum, quia secundum hoc non intelligerentur res quae sunt extra, quod falsum est. Et per idem patet<sup>707</sup> ad tertium et ad<sup>708</sup> quartum.

**Ad tertio obiecta<sup>709</sup>.** Ad ea vero quae tertio inducuntur, dicendum est quod omnia procedunt ex aequivocatione cogitationis seu visionis, sicut enim 'conceptus' quandoque dicitur de actu intellectus, quandoque vero de re obiective concepta, **/Vb 308va/** sic<sup>710</sup> 'cogitatio' accipitur pro actuali et pro<sup>711</sup> obiectiva. Et ut frequentius ac<sup>712</sup> communius sumitur secundum usum loquentium pro cogitatione obiectiva<sup>713</sup>, secundum quod consueverunt vocari **/X 639b/** cogitationes quaedam vanae, quaedam mundae, quaedam immundae, haec enim referuntur ad ipsa cogitata, et non ad actus formaliter<sup>714</sup> inhaerentes, omnes enim illi sunt spirituales, et mundi, esto quod sint de immundis. Sic igitur ubicumque reperitur quod verbum sit cogitatio vel visio vel notitia, intelligendum est de cognitione formata et de notitia obiectiva.

**Ad quarto obiecta.** Ad ea vero quae quarto inducuntur, dicendum est quod omnia probant non in qualibet intellectione emanare verbum perfectum, sed in illa quae inquisitionem sequitur et discursum; sed quin verbum imperfectum emanet<sup>715</sup> ante inquisitionem non probant, nec etiam quod notitia actus verbum sit, quin potius verbum est notitia obiectiva, ut ex praecedentibus patet.

<sup>703</sup> formato] formata Pa

<sup>704</sup> probat] probet Br

<sup>705</sup> apparenti om. Pa

<sup>706</sup> Nec] in add. Vb

<sup>707</sup> patet om. Bo

<sup>708</sup> ad om. Bo Br

<sup>709</sup> Ad tertio obiecta om. Vb

<sup>710</sup> sic] scilicet Bo

<sup>711</sup> pro om. Pa

<sup>712</sup> ac] aut Br

<sup>713</sup> obiectiva] et ut frequentius add. Bo

<sup>714</sup> formaliter om. Br

<sup>715</sup> emanet] emanat Br